

[Liber primus]

[fol. 25v° a] **INCIPIT TRACTACUS¹ DE APOCALIPSI IOHANNIS.** *

IN EXPLANATIONE SUA A MVLTVS DOCTORIBVS ET PRO

BEATISSIMIS VIRIS INLVSTRIBVS DE DIVERSO

QUIDEM STILO SET NON DIVERSA FIDE INTERPRETATUS UBI DE

CHRISTO ET EÇCLESIA DE ANTICHRISTO ET EIUS SIGNIS

[fol. 25v° b] **PLENISSIMEX**

COGNOSCAS PREFATIO.

Biformem² diuine legis istoriam duplici sacramenti misterio, disserendam non nostrę humanitatis fragilitas aliter poterit enarrare, nisi ab ipso auctore suę legis Domino³ Ihesu Christo modum dicendi et sermonem sumat ęloquii. Unde Apocalipsin sancti Iohannis expositurus, habitatorem eius inuoco Sanctum Spiritum, ut qui illi secretorum suorum archana reuelauit, nobis interioris intellectus ianuam pandat, ut possimus que scripta sunt inculpabiliter disserere et ueraciter Deo magistrante depromere.

Initium itaque libri de quo agitur, ita describit.

Apocalipsis⁴ Ihesu Christi quam dedit illi Deus palam facere seruis suis que oportet fieri cito. Et significauit mittens per angelum suum seruo suo Iohanni, qui testimonium peribuit uerbo Dei, et testimonium Ihesu quecumque uidit. Beatus qui legit et qui audiunt uerba prophetię huius, et seruant ea⁵ que in ea scripta sunt.

Tempus enim prope est. Iohannes septem Eçclesiis que sunt in Asia, Gratia uobis, et pax a Domino, qui est et qui erat et qui uenturus est, et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt ; et ab Ihesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum et princeps regum terre, qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo, et fecit nostrum regnum sacerdotes Deo et Patri suo, ipsi gloria in saecula saeculorum, amen⁶. [Ap 1,1-6]

[fol. 26r°] **Illustration : Panneau d'entrelacs.**

[fol. 26v°] **Illustration : Remise du Livre à Jean (Ap 1, 1-6) :**

* **LÉGENDE : Caractères rouges :** ● Les petites capitales grasses rendent les titres en capitales rehaussés de couleurs diverses – rouge, mais aussi jaune ou bleu. ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales rouges. ● Les grandes capitales grasses en corps supérieur rendent de grandes initiales rentrantes rehaussées de couleurs diverses. ● Les caractères normaux rendent des caractères rouges normaux.

Caractères noirs : ● Les petites capitales non grasses rendent les titres en capitales noires. ● Les initiales grasses rendent des initiales noires rehaussées de jaune, de bleu ou de rouge. ● Les textes en italiques représentent des citations du Livre de l'Apocalypse qui n'ont pas été transcrites en caractères rouges.

1. ta ajouté en interligne à l'encre noire.

2. Initiale rehaussée de couleurs rentrant sur quatre lignes.

3. Plusieurs lettres grattées entre Domino et Ihesu.

4. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

5. ea ajouté en interligne d'une encre plus claire.

6. gloria in saecula saeculorum, amen encadré en fin de ligne au-dessous de la colonne.

Registre supérieur, sur fond bleu-vert : Dieu assis sur un trône remet le Livre à un ange, en présence d'un autre ange : UBI ANGELUS A DOMINO LIBRUM ACCEPTIT.

Registre inférieur sur un fond de deux tons de rouge : L'ange remet le Livre à Jean en présence d'un autre personnage nimbé : UBI PRIMITUS IOHANNES CUM ANGELO LOQUTUS EST.

[fol. 27 r° a] **INCIPIT EXPLANATIO SVPRASCRIPTE STORIAE.**

Apocalipsis⁷ Ihesu Christi, quam dedit illi Deus palam facere seruis suis que oportet fieri cito [Ap 1,1].

¶ Ab eo igitur quod Apocalipsis, id est reuelatio dicitur, secretorum latere sensuum⁸ manifestat abscondita. Que⁹ nisi ipso reuelante, quid¹⁰ sentiat, intelligere non ualebit. Et quid ait? *Apocalipsis Ihesu Christi, quam*¹¹ dedit illi Deus [Ap 1,1]. Hoc est Iohanni apostolo beatissimo palam facere seruis suis, ut que dicit disserat, et que disserit, manifestet. **Que oportet fieri cito** [Ap 1,1]. Significat et rationem temporum, et sensus¹² intellectum, ueloci mobilitate complendum¹³.

Et significauit, mittens per angelum suum, seruo suo Iohanni [Ap 1,1]. Id est non cogitatione, concepta res est. Non aliquibus falsiloquis scripturarum carminibus. Sed per angelum. Id est, per ueritatis suae nuntium, seruo suo probatissimo scilicet uiro, et sanctissimo apostolorum omnium Iohanni directa est. **Qui testimonium peribuit uerbo Dei** [Ap 1,2]. Uidelicet qui p̄dicauit Filium Dei et asseruit¹⁴ deitatem et testimonium reddidit de Domino Ihesu Christo, quecumque uiderat in illo, et audierat ex illo, et unde in epistula sua loquitur, dicens : Quod uidimus et audiuius et manus nostrae tractauerunt¹⁵ de uerbo uitae, et uita¹⁶ adfuit et manifestamus uobis. **Beatus qui legit et qui audiunt uerba prophetie** huius¹⁷, **et** [fol. 27r° b] **seruant ea**¹⁸ **que in ea scripta sunt** [Ap 1,3]. Intellegi uult quod lectio non fatiat custodiam mandatorum, nec auditus consummationem¹⁹ operis perfectionemque²⁰ exhibeat. Sed solum sit perfectio quod egeris²¹ et audieris, et opere facere conaris²². **Tempus enim prope est** [Ap 1,3]. Perficientibus ea non longum tempus remunerationis facit, sed uicinum dicit esse diuini muneris donum. Deinde, orditur dictorum²³ suorum initium, et dicit :

7. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur quatre lignes.

8. Sensus corr. en sensuum par répétition du u suscrit surmonté d'un tilde.

9. Quod corr. en Que.

10. quis corr. en quid par surcharge.

11. quem corr. en quam par surcharge.

12. m final corr. en s.

13. n gratté avant le p et remplacé par un m suscrit à l'encre noire d'une autre main.

14. ad- initial corr. en as-.

15. trectauerunt corr. en tractauerunt.

16. uite corr. en uita.

17. huius ajouté en interligne d'une encre plus claire.

18. ea ajouté au-dessus de la ligne d'une encre plus claire.

19. nem ajouté en interligne d'une plume plus fine.

20. que ajouté en interligne.

21. Lire legeris.

22. coneris corr. en conaris.

23. Tache rouge sur di repris d'une encre plus noire.

Johannes septem Aecclesiis quę sunt in Asia [Ap 1,4] : Numpquid ²⁴ tantum prouintiae et non omnibus gentibus, diuinę misterium pandere reuelationis incaluit, ut ad tam paruum numerum aecclesiarum unius prouintię, sua destinaret scripta ? Ab ortu enim solis usque ad occasum, laudabile est nomen Domini, et in omni loco sacrificatur, et offertur nomini eius oblatio munda. Et quid sibi asianus populus esse uidetur, ut solus suscipere reuelationem apostolicam mereatur ? Sed est in numero misterium. Et est ²⁵ in uocabulo prouintiae, sacramentum. Primum enim numeri huius discutienda res nobis est, quia et senarius et septenarius numerus, mystice semper conscriptus, reperitur in lege. Sex enim diebus Deus fecit cęlum et terram, et in septimo requieuit ab operibus suis, et in eo inquit ²⁶ rursus introibunt in requiem meam. Ebdomada ²⁷ hęc igitur pręsentis ²⁸ saeculi signat statum, ut non tantum uideatur Apostolus, uel septem Eccclesiis, uel illo cui tunc intererat mundo disserere, sed uniuersis saeculis usque ad consumationem futuris, [fol. 27v^o a] haec scripta transmittere. Vnde et numerum sacratissime designauit et Asiam nominauit, quę latine interpretatur eleuata siue gradient. Quia ²⁹ significans cęlestem patriam, quam Aecclesiam catholicam dicimus — ³⁰ — eleuatam a Domino, et semper ad superna gradientem, que spiritualibus perficiens studiis, indesinenter cęlestia concupiscat. **Gratia uobis et pax a Deo, qui est et qui erat et qui uenturus est omnipotens** [Ap 1,4]. Ut enim nomen suum scripture ³¹ titulo declarauit, ubi ait : *Iohannes, septem Eccclesiis quę sunt in Asia* [Ap 1,4]. Ita quoque ³² in uerborum similitudinem esse Iohannem manifestissime conprobauit dicendo, qui est et qui erat et qui uenturus est. Ideo enim semper esse est, unde ad Moysen dicitur : Ego sum qui sum. Et ipse Apostolus in Euangelio dicit. ³³ In principio erat Uerbum et Uerbum erat apud Deum, et Deus erat Uerbum. Hoc erat in principio apud Deum. Vtique ³⁴ significans omne uerbum excessisse principium, qui ³⁵ erat in principio. Nec habere principium, qui erat apud Deum. Nec finem recipere, quia Deus erat Uerbum ; manere semper, quia hoc erat in principio apud Deum. Eundemque hic uenturum significabat, unde numquam recessit. Hic namque ait : Cęlum et terram ego impleo. Hic est quod sapientia illius dicit : Girum cęli circuiui sola. Hinc de eius spiritu scriptum est : Spiritus Domini repleuit orbem terrarum. Hinc est quod Dominus iterum dicit. Cęlum michi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Rursum de eo [fol. 27v^o b] scriptum est : Cęlum metitur palmo et omnem terram pugillo concludit. Sedes ³⁶ quippe cui presidet, interior et superior manet. Cęlum palmo metiens, et

24. Dans ce passage très corrompu, un p a été ajouté en interligne après num, et uns après quid ; pour ce passage, Sanders donne : num quidnam tantus et talis uis uni ».

25. Est corr. en Et est d'une encre plus noire.

26. d final corr. en t.

27. es final corr. en a.

28. s final ajouté d'une encre plus sombre.

29. Quia ajouté en interligne d'une autre main.

30. Un trait tracé à la fin de la ligne après dicimus et au début de la suivante avant eleuatam..

31. a final corr. en ę d'une encre plus sombre.

32. quoque ajouté en interligne d'une encre plus claire.

33. Une croix latine pattée est tracée dans la marge.

34. utique ajouté en interligne d'une autre main devant le S majuscule de Significans.

35. quod corr. en qui par grattage et i ajouté en interligne.

36. i final corr. en es.

terram pugillo concludens. Ostenditur nobis ³⁷, quod ipse sit circumquaque cunctis rebus quas creauit exterior. Id namque quod interius concluditur, a concludente exterius continetur. Per sedem ergo cui presidet, esse interius, supraque. Per pugillum quo continet, exterius subterque signatur. Quia enim ipse manet intra omnia, ipse extra omnia, ipse super omnia, ipse infra omnia. Et superior est per potentiam et inferior per sustentationem ³⁸, exterior per magnitudinem, et interior per subtilitatem. Sursum regens, deorsum continens. Extra circumdans, interius penetrans. Nec alia parte superior, alia inferior. Alia ex parte exterior, atque ex alia manet interior. Sed unus semper ³⁹, idemque totus. — Vbique praesidendo sustinens, sustinendo presidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans. Unde superius presidens, inde inferius sustinens, et unde exterius ambiens, inde interius replens. Sine inquietudine, superius regens. Sine labore, inferius sustinens. Interius sine extenuatione penetrans, exterius sine extensione circumdans. Est itaque inferior, superior, sine loco. Et subtilis, sine extenuatione. Ubi igitur dicitur uenire, qui dum per molem corporis nusquam est, [fol. 28r° a] per incircumscripam substantiam, nusquam deest. Sed uenire eius est, in quo formam serui assumpsit ⁴⁰, et semetipsum exinaniuit; exinanire eius est, ab inuisibilitatis suę diuinitate se uisibilem demonstrare. Bene ergo dicit qui est et qui erat et qui uenturus est. Quia permanet et erat, quia cum Patre omnia fecit, non de Uirgine initium sumpsit, uenturus utique ad iudicandum ⁴¹. **Et a septem spiritibus qui in conspectu throni Eius sunt** [Ap 1,4].

Ecce hoc est illud septenarium sacramentum, quod ubique p̄scribitur. Hic septem spiritus inducuntur, qui est unus, atque idem Spiritus. Sanctus scilicet Spiritus, unus in nomine est, et in uirtutibus septiformis, inuisibilis et incorporeus, cuius sp̄tiem deprehendere impossibile est. Cuius septenarię uirtutis numerum ⁴², Ysaïas ⁴³ magnificus manifestat dicens: Spiritus sapientiae et intellectus. Vt per intellectum et sapientiam rerum omnium edoceret esse factorem. Spiritus consilii et fortitudinis, qui et excogitaret et faceret. Spiritus scientiae et pietatis, qua ⁴⁴ scientia ⁴⁵ siue adinuatione creata, pię moderaretur et misericorditer semper intenderet. Spiritus timoris Domini, cuius dono timor Domini creaturis rationabilibus prestaretur. Haec est ipsa uenerandi Spiritus sancta proprietas, quę laudem potius ineffabilem continet, non naturę signat sp̄tiem. **Et ab Ihesu Christo qui** [fol. 28r° b] **est testis fidelis primogenitus mortuorum, et princeps regum terrae** [Ap 1,5]. Quoniam superius meminerat illud uerbum, quod ante assumptionem ⁴⁶ cardfnis erat apud patrem in gloria, necessario assumpta ⁴⁶ humanitate carnis adnectit dicens: *Et ab Ihesu Christo, qui est testis fidelis* [Ap 1,5] scilicet testimonium suis diuinis rebus per susceptum hominem reddens, et passione sua ac sanguine interueniens pro peccatis nostris,

37. nobis ajouté d'une autre main dans la marge.

38. Un b gratté entre su et st.

39. idem remplacé par semper d'une autre main.

40. ad initial corr. en as.

41. d effacé entre iudi et candum.

42. us final corr. en um.

43. Esayas corr. en Ysaïas.

44. qui corr. en qua.

45. e final corr. en a.

46. ad initial corr. en as.

et mundans nos, ab omni iniquitate. Sic fidele testimonium pro nostra fragilitate et inbecillitate Deo deferens Patri, apud quem non est commutatio, nec uicissitudinis obumbratio, quia primus resurrexit a mortuis, dum eum mors tenere non potuit. Unde et Apostolus dicit : Primitię Christus, deinde hii qui sunt Christi, p̄sentia eius. Id est, deinde nos qui christiani sumus per baptismum nuncupati, in secundo eius aduentu reuiuēcentes a morte consurgimus. Et ideo primogenitus dicitur, et primitię mortuorum, quia primus ipse deuictis inferis, repedauit ad cęlos. Hic est *princeps regum terrae*, quia rex regum est, et Dominus dominorum. **Qui dilexit nos** [Ap 1,5]. Non enim nos diligendo Deum, uicissitudinem dilectionis excipimus, sed ipse prior dilexit nos, ut pro nostra humilitate homo fieret, et serui formam acciperet. Cui in terra si-[fol. 28v° a]-milis nullus est, quia omnis homo tantummodo homo est, ipse autem Deus et homo. Nullus homo ei similis est, quia, etsi adobtius quisque filius ad percipiendam diuinitatem profecit, nequaquam⁴⁷ tamen ut Deus naturaliter esse cępit. Qui bene ętiam seruus dictus est, quia formam serui suscipere dedignatus non est. Nec maiestati⁴⁸ iniuriam intulit assumpta⁴⁹ humilitas carnis. Quia ut seruanda susciperet, nec tamen habita⁵⁰ permutaret. Neque diuinitas⁵¹ humanitatem⁵² minuit, nec humanitas⁵³ diuinitatem⁵² consumpsit, quia ei sic per Paulum dicitur : Qui⁵⁴, cum in forma Dei esset, non rapina⁵⁵ arbitratus est esse se ęqualem Deo ; sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens. Non rapuit, qui habuit. Ei semetipsum exinanire est, ab inuisibilitatis suae magnitudine, se⁵⁶ hominem uisibilem demonstrasse. Vt serui forma⁵⁷ tegeret hoc, quod incircumscrip̄te omnia ex diuinitate ante penetraret. **Et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo** [Ap 1,5].⁵⁸ Affectum dilectionis ipsius et caritatis ostendit, quia in quo causa mortis non accesserat, nec natura erat, conditione mortali⁵⁹ pro nobis mori se uoluit, et sic inquit : Lauit nos a peccatis nostris in⁶⁰ sanguine suo. **Et fecit nostrum regnum sacerdotes Deo et patri suo** [Ap 1,6].⁶¹ Et quia pro nobis passus est et resurrexit a mortuis, nostrum regnum ipse cons-[fol. 28v° b]-truxit, ut mereremur sacerdotes Dei Patris existere. Nostrum enim regnum fecit⁶², dum passus est⁶³ et resurrexit⁶⁴. **Ipsi gloria in secula seculorum**

47. nequaq̄ *séparé de am par un espace.*

48. magestati *corr. en maiestati.*

49. ad *initial corr. en as.*

50. h *suscrit d'une encre plus sombre.*

51. diuina *corr. en diuinitas.*

52. e *final corr. en em par ajout de tilde.*

53. humana *corr. en humanitas.*

54. d *final gratté.*

55. m *final gratté.*

56. d *final gratté.*

57. m *final gratté.*

58. Texte écrit à l'encre rouge en surcharge sur le même texte à l'encre noire.

59. s *final gratté.*

60. in *ajouté en interligne.*

61. Ce texte a été écrit sur un autre à l'encre noire, qui, mal effacé, a provoqué des bavures de l'encre rouge, entraînant des taches sur les deux lignes suivantes.

62. facit *corr. en fecit.*

63. patitur *corr. en passus est par grattage et surcharge.*

64. re *ajouté en interligne.*

[Ap 1,6]. Laudem eternam, et intemporalem ⁶⁵ gloriam creatori omnium refert Deo.

EXPLICITE EXPLANATIO

INCIPIST STORIA

Ecce ⁶⁶ ueniet in nubibus, et uidebit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt, et plangent se omnes tribus terrae, etiam amen. Ego sum alfa et ω, principium et finis, dicit Dominus, qui est et qui erat et qui uenturus est omnipotens. Ego Iohannes frater uester et particeps in tribulatione et regno et patientia Ihesu. Fui in insula que appellatur ⁶⁷ Pathmos, propter Verbum Dei et testimonium Ihesu. Fui in Spiritum in dominica ⁶⁸ die, et audiui post me uocem magnam tamquam tubam dicentem michi : Quod uides, scribe in libro, et mitte septem Aecclesiis : Epheso, Zmirne, Pergamo, Tiathire, Sardis, Filadelfie, et Laodicie ⁶⁹ [Ap 1,7-11].

[fol. 29r°] **Illustration : Venue du Fils de l'Homme dans les nuées** (Ap 1, 10b-20) :

Au centre : dans une mandorle trilobée, le Fils de l'Homme debout tient le Livre dans la main droite et tend le bras gauche ; dans le registre supérieur sur fond bleu : 4 anges en vol montrent la mandorle d'une main ; dans le registre inférieur, sur un fond jaune : 7 personnages dont 4 désignent la mandorle : DOMINUS IN NUBIBUS ET UIDENT EUM INIMICI EIUS ET QUI EUM PUPUGERUNT.

[fol. 29v° a] **EXPLANATIO**

Ecce ⁷⁰ ueniet in nubibus et uidebit eum omnis oculus, et qui eum pupugerunt [Ap 1,7]. Qui primo in suscepto homine uenit occultus, post paululum ⁷¹ in maiestate ⁷² et gloria ueniet ad iudicandum manifestus. Prædicta morte ipsius et affectu mortis purgationeque peccatorum, resurrectione eius atque omnium per eum uenturum reparationis reddita gloria et laude exhibita Patri Deo omnipotenti, secundum eius demonstrat aduentum, quod in eodem scemate sit in eodem corpore, quo passus est, mortuus est, et resurrexit.

Sed in diuina ueniet potestate, non sicut prius in humana humilitate, ut qui ⁷³ pro testimonio ueri hominis quem assumpsit ⁷⁴, uidendum se persecutoribus prebeat, sicut Zacharias dixit : uidebunt in quem confixerunt, et plangent se super eum quasi ⁷⁵ super unigenitum [Ap 1,7]. Ita et hii plangent se ait, super omnes tribus terre. Etiam amen [Ap 1,7]. Quod est fideliter uere, et unam manifeste Dei et suscepti hominis esse personam. Exposita humanitatis eius substantia, diuine substantie enuntiat claritatem, atque ipsius Domini loquitur uerbis dicens : **Ego sum alfa et ω, principium et finis, dicit Dominus, qui est et qui erat et qui uenturus est**

65. intemporalitatis corr. en intemporalem par grattage et surcharge.

66. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

67. apellabatur corr. en appellatur par un grattage et ajout d'une liaison.

68. o final corr. en a.

69. Laodicie corr. en Laodicie par surcharge. La fin de la colonne n'a pas été utilisée.

70. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur quatre lignes.

71. lu ajouté en interligne d'une encre plus claire.

72. magestate corr. en maiestate.

73. qui ajouté en interligne d'une encre plus claire.

74. ad initial corr. en as.

75. i ajouté d'une encre plus claire.

omnipotens [Ap 1,8]. Licet maiores nostri bene atque [fol. 29v° b] utiliter de re ista tractauerunt ⁷⁶ disserendum quod peristera ⁷⁷, id est columba, in cuius spetie Sanctus legitur Spiritus apparuisse ⁷⁸, dum babtizatus est ⁷⁹ a Iohanne Dominus in Iordane, que peristera ⁷⁷ per grecum comptum ⁸⁰ octingenta ⁸¹ reddit, quod est **ω**, **Et** alfa **A** reuertitur, quod unum significat, atque ita diuinitatem Sancti Spiritus in Trinitatis unitatem commendat. Sic faueat ipse Spiritus Sanctus, ut et nos ⁸² maioribus nostris mereamur adiungere. Quid sit autem quod elementa hec ex alfabeto, id est **A** et **ω**, ueritas ipsa commemorat, prudenter debemus aduertere. Nam figura ipsa littere, id est **ω**, tam in grecis litteris quam in latinis tribus dicitur uirgulis, pari equalitate, porrectis. Unde non sine causa diuinitatis unitatem dixerunt esse maiores. **ω** tribus equalitatis in greco uirgulis subiacentibus, ex parte subrectis, scribitur. In latino autem, **⊙** quadam circuli rotunditate concluditur. Nam et in hac conclusione continens omnia, et protegens diuinitas declaratur. Porro quod ad elementorum ac ⁸³ litterarum pertinet rationem, helementa hec scientie sunt initii et finis ⁸⁴ et quedam ars stultos ad sapientiam ducens. Ergo alfa: **A** initium sapientie, ipsamque sapientiam Christum Dei filium, manifestat. Hoc quod est complementum, grece **A** et **ω**, ⁸⁵ apud nos medietas quedam [fol. 30r° a] habetur. Significat et initium sapientie et complementum et medietatem, ipsum esse Dominum Ihesum Christum, mediatorem Dei et hominum. Quod adiecit principium et finis, non tantum priora elementa litterarum, id est A et ω narrauit ⁸⁶, sed et magnitudinis sue docuit potestatem, quia ipse est omnium principium, et in illo omnium exitus constat, quia ⁸⁷ per ipsum que finienda sunt et que iam finita sunt, reparanda esse creduntur. Vt sicut inus principium dedit, ita ipse ⁸⁸ consumationi nostrae finem impendat ⁸⁹, ut habeat ipse finis exitum, et ipsa consumatio, consumationem. Ut sicut in omnibus est ipse semper esse quod est, sicut presens loquitur scriptura, et ⁹⁰ dicit: **Dominus Deus qui est et qui erat et qui uenturus est omnipotens** [Ap 1,8]. Hoc in principio reuelationis sue, sanctus Iohannes scripsit. Nunc aliud orditur initium, ut ad ipsum reuelationis ordinem uenire contendat. Referens quam ob causam, quomodo, ubi, quo tempore, qua ⁹¹ die, uniuersa que locutus est a Domino fuerint demonstrata; quidue ei dixerit, qualemque conspexerit Dominum; multiplici quidem intellectu, sed breuibus

76. i gratté et u suscrit.

77. Ce mot est la transcription du terme grec περιστερὰ.

78. Le i est suscrit.

79. babtizetur corr. en babtizatus est d'une encre plus claire.

80. comptum corr. en comptum par surcharge.

81. o final corr. en a.

82. aliquid gratté entre nos et maioribus.

83. hac corr. en ac par grattage.

84. et finis ajouté en interligne.

85. et gratté devant apud.

86. narrant corr. en narrauit par grattage et u suscrit à l'encre noire.

87. quia est précédé d'un X et était suivi d'un et qui a été gratté.

88. ipsi corr. en ipse.

89. i initial suscrit.

90. et ajouté en interligne.

91. quo corr. en qua par un trait à l'encre plus claire.

uerbis asseruit⁹² haec. Sic initium sanctę reuelationis scribit, ut eos quibus loquebatur appellet dicens : *Ego Iohannes frater uester, et particeps in tribulatione et regno et pacientia Ihesu. Fui in insula quę appellatur Pathmos propter uerbum Dei et* [fol. 30r^o b] *testimonium Ihesu* [Ap 1,9]. Sicut reuelatores ecclesiastici docuerunt, Claudii Cęsarıs tempore, quando fames illa inualuit, quae ab Agabo propheta in Actibus apostolorum annis decem uenire nuntiata est, ea tempestate idem Cęsar solita uanitate compulsus⁹³, persecutionem indicit Aecclesiis. Quo in tempore, etiam Domini nostri Ihesu Christi, apostolum Iohannem mandat exilio⁹⁴ mancipari. Quem deputatum in Pathmos insula, aetiam presens conprobat scriptura⁹⁵. Nam ut passiones⁹⁶ quę eo tempore gerebantur, prophetia disponeret, participem se in tribulatione commemorat. Et pro⁹⁷ retributione, tribulationis regnum adiecit, et pro suscipiendo⁹⁸ regno⁹⁹ pacientiam addidit, quam propter Ihesum iesserat¹⁰⁰ profecisse. Deinde locum quo translatus fuerat manifestat, dum dicit : *Fui in insula quę appellatur Pathmos* [Ap 1,9]. Propter quam causam fuerit damnatione multatus edisserit. *Propter uerbum Dei et testimonium Ihesu* [Ap 1,9]. Significans se, propter predicationem aeuangelii et fidele testimonium, quod de Domini nostri deitate populis pędicabat, fuisse exiliis, et¹⁰¹ tribulationibus, deputatum. In qua insula dum degens dixit : *Fui in spiritu in dominica die* [Ap 1,10]. Translatum se esse in spiritu loquitur, id est in secretis Dei eleuatum, ut quę dicenda sunt uideat ; et in altitudine cęlorum non se corpore dicit ingressum, sed spiritu intromissum. Memor illius uerbi, nemo ascendit in cęlum, nisi qui de cęlo descendit, Filius hominis, qui est in caelo. Nam et sanctus [fol. 30v^o a] Paulus apostolus dicit raptum se. Sed quomodo ait ? siue in corpore, siue extra corpus¹⁰² nescio, Deus scit. Tamen se in extasi¹⁰³, spiritus raptum fuisse describit. Sed hic quia dominica dies inducitur, quando in Spiritu fuisse se dicit. Omni se communis actionis occupatione purgatum fuisse commemorat. Quia in dominica die Apostolus diuinis¹⁰⁴ tantum¹⁰⁵ rebus et sacris poterat offitiis inherere. Quia ipsa¹⁰⁶ die resurrectionem Domini cognouerat esse, quam¹⁰⁷ etiam et in prima creatione mundi, primum diem didicerat pędicare. In ipsa¹⁰⁸ quoque ianuis clausis ad¹⁰⁹ discipulos¹¹⁰ ingressus¹¹¹, cum putabant se spiritum uidere, et cum audissent a

92. ad initial corr. en as.

93. n gratté et remplacé par m ajouté en interligne à l'encre noire.

94. exilium corr. en exilio.

95. m final gratté.

96. is final corr. en es.

97. pro ajouté en interligne de la même main.

98. en ajouté en interligne de la même main.

99. regnum corr. en regno.

100. Lire gesserat.

101. et ajouté en interligne d'une encre plus claire.

102. corpore corr. en corpus par grattage et ajout de us en interligne.

103. ex ajouté en interligne de la même main.

104. diuini stantum ms.

105. n ajouté en interligne de la même main.

106. ipso corr. en ipsa par surcharge.

107. quem corr. en quam.

108. ipso corr. en ipsa par surcharge.

109. d ajouté en interligne de la même main.

110. is final corr. en os.

Domino palpate et uidete, quia spiritus carnem et ossa non habet, adiecit : Accipite Spiritum Sanctum. In ea ¹¹² die acceperunt sancti apostoli Spiritum, per quem peccata dimitterent et filios Dei facerent, et spiritum adobtionis credentibus largirentur. Die autem quinquagesima, que ¹¹³ est ipsa dies dominica, eis amplius datum est, quod ¹¹⁴ baptizarentur Spiritu Sancto, et induerentur uirtute, per quam Christi Eūangelium cunctis gentibus prædicarent. Et profectus apostolicus est, ut qui primum remittendorum peccatorum gratiam acceperant, postea acciperent et operationes uirtutum. Et, quod magis necessarium erat ¹¹⁵, diuersitatem linguarum uniuersarum ¹¹⁶ gentium annuntiaturi Christum, nullo egerent interprete. Ego autem audacter ¹¹⁷ et tota libertate pronuntio : ex eo tempore quo apostoli Domino ¹¹⁸ crediderunt, semper eos habuisse Spiritum Sanctum ; nec poterant ipsum ¹¹⁹ significare, absque Spiritus Sancti gratia. Sed quia Spiritus totus erat in Domino, necdum totus in apostolis morabatur. [fol. 30v° b] Postquam autem eis Spiritus Sancti gratiam infunditur, iudicia tribunalia et regum purpuras non timebant. Tunc libere loquebantur ¹²⁰ principibus ¹²¹ Iudeorum, obēdire magis Deo oportere quam hominibus. Mortuos suscitando inter flagella lætabantur ¹²², fundendo ¹²³ sanguinem, et suis supplitiis ¹²⁴ coronati sunt ¹²⁵. Pentecosten enim dies incipit exordium, quando Dei uox in Sina monte desuper ¹²⁶ intonans ¹²⁷ audita est. In Nouo Testamento Pentecosten cępit, quando Spiritum Sanctum apostolis dedit. In ipsa ¹²⁸ enim die data est lex Moysi, manna enim de cęlo in hęremo datur ipsa ¹²⁸ die. Proinde dominica ¹²⁹ nuncupatur ; et quia ¹³⁰ a terrenis operibus, uel a ¹³¹ mundi illecebris ¹³² abstinentes, in hac ¹³³ tantum diuinis cultibus nos seruire oportet, dantes scilicet diei huius reuerentiam propter spem resurrectionis nostrae, quam habemus in illa. Nam sicut Dominus noster Ihesus Christus tercia die resurrexit a mortuis, ita nos resurrecturos in nouissimo saeculo in hac ¹³³ die dominica speramus. Unde etiam in ea ¹³⁴ die stantes oramus, quod est signum

111. um final corr. en us.

112. eo corr. en ea par surcharge.

113. quod corr. en que.

114. que corr. en quod.

115. t ajouté en interligne d'une encre plus claire.

116. que gratté à la fin du mot.

117. audaciter corr. en audacter.

118. um final corr. en o.

119. ipsum ajouté en interligne d'une encre plus sombre.

120. tur ajouté en interligne de la même main.

121. es final corr. en ibus.

122. ba ajouté en interligne.

123. fundunt corr. en fundendo.

124. Le second p ajouté en interligne.

125. coronantur corr. en coronati sunt.

126. de ajouté en marge d'une encre plus claire.

127. intonantis corr. en intonans par grattage et surcharge.

128. o final corr. en a.

129. dominicus corr. en dominica.

130. quia ajouté en interligne de la même main.

131. a ajouté en interligne.

132. in initial corr. en il.

133. hoc corr. en hac par surcharge.

134. eo corr. en ea.

future resurrectionis. Hoc agit uniuersalis Ecclesia, que in istius saeculi peregrinatione mortalis¹³⁵ inuenta¹³⁶ est. Expectans in fine¹³⁷ mundi, quod in Domini nostri Ihesu Christi premonstratum est, qui primogenitus, resurrexit¹³⁸ a mortuis. Sabbatum autem datum est priori populo, in initio¹³⁹ corporaliter celebrandum, ut figura esset. Et inde requies interpretatur, quia ante aduentum Christi redemptoris requies erat mortuorum, sed resurrectio nullorum erat; Et non immerito¹⁴⁰, ut Dominus in quo olim requieuerat ab opere faciendo, in eo etiam requiesceret in sepulcro. Dies tamen dominica¹⁴¹ [fol. 31r° a] non Iudeis sed Christianis per Domini resurrectionem declarata est. Ipsa est ferialis, ipsa dies prima, quae post septimam reperitur octaua¹⁴². In¹⁴³ ea die apostolus caelestia penetrabat, in qua Dominum cognouerat facere tanta. In ea die per Moysen legem dedit, in qua resurrexit. Centum uiginti annis uixit Moyses, et eadem¹⁴⁴ causa super centum uiginti animas descendit¹⁴⁵ Spiritus in Pentecosten. Concordat hec festiuitas Euan-gelii cum festiuitate Legis. Hoc signo¹⁴⁶ et Moyses legislator, quod oportebat esse signatum et celatum usque ad aduentum passionis eius, uelauit fatiem¹⁴⁷ suam, et sic est populo loquutus, hostendens uelata esse uerba praedicationis Domini nostri Ihesu Christi. Johannes ergo die dominica uacans¹⁴⁸ ad tribunal in spiritu rapitur, ut quod per Legis litteram fuerat signatum, ipse qui signauerat, qui agnus dicitur, quasi occisus, resignaret. Quamobrem illud dicitur uelatio et istud reuelatio. Modo ergo facies Moysi aperitur et reuelatur, scilicet proinde Apocalipsis reuelatio dicitur. Hii sunt scriptores sacrorum librorum diuina inspiratione loquentes, atque ad¹⁴⁹ eruditionem nostram praecepta caelestia dispensantes. Auctor autem earundem scripturarum, Spiritus Sanctus esse creditur. Ipse enim scripsit, qui per prophetas suos scribenda dictauit.

EXPLICIT EXPLANATIO.

INCIPIT STORIA ::

*Et*¹⁵⁰ audiui post me uocem magnam¹⁵¹ sicut tuba, dicentem michi : *Quae uides scribe in libro; et mitte septem Ecclesiis, Epheso, Zmirne, Pergamo*¹⁵², *Tiathire, [fol. 31r° b] Sardis, Filadelfie, et Laoditiae*¹⁵³. *Et conuersus, uidi septem candelabra aurea, et in medio*

135. mortalitatis corr. en mortalis.

136. Un mot gratté avant inventa, laissant un blanc en début de ligne.

137. m final gratté.

138. resurrexit ajouté en interligne de la même main.

139. initio corr. en in initio par ajout de ni en interligne d'une encre plus claire.

140. Immerito corr. en immerito par i initial suscrit.

141. o final corr. en a.

142. octavia corr. en octava par grattage.

143. De in ea à tanta ajouté en tête de la colonne, avec renvoi dans le texte.

144. Tilde presque invisible sur e final.

145. des ajouté d'une encre plus claire.

146. fine corr. en signo.

147. In fatie sua corr. en fatiem suam.

148. Un c gratté laissant un espace entre va et cans.

149. ab corr. en ad.

150. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

151. Nombreuses lettres usées en fin de colonne rendant la lecture difficile.

152. um final corr. en o.

153. Laudotie corr. en Laoditie par surcharge.

candelaborum aureorum similem filio hominis uestitum podere, et praecinctum ad mamillas, zona aurea. Caput autem eius et capilli erant albi tamquam lana alba, aut tamquam nix; et oculi eius uelut flamma ignis, et pedes eius similes auricalco Libani, sicut in camino ardenti, et uox eius sicut uox aquarum multarum. Et habebat in dextera sua stellas septem, et de ore eius gladius ex utraque parte acutus exiebat; et facies eius sicut sol lucens¹⁵⁴ in uirtute sua. Et cum uidissem illum, cecidi ante pedes eius tamquam mortuus. Et posuit dexteram manum suam super me, dicens: Noli timere. Ego sum primus et nouissimus; et fui mortuus, et ecce sum uiuens in saecula saeculorum. Et habeo clauas mortis inferorum. Scribe ergo que uidisti, et que sunt et que oportet fieri post hæc. Misterium septem stellarum quas uidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea, et septem stelle, septem angeli sunt septem Ecclesiarum. Et candelabra septem, septem Ecclesie sunt [Ap 1,10-20].

[fol. 31v°] **Illustration : Vision du Fils de l'Homme entre les candélabres et mission de Jean :**

Registre supérieur sur fond bleu-vert : En présence d'un ange, le Fils de l'Homme, encadré par 7 étoiles et 7 candélabres, et tenant une clé dans la main gauche, est assis sur un trône et se penche en avant et pose sa main droite sur la tête de Jean prosterné à ses pieds : à gauche : SEPTEM STELLAS IN DEXTERA SUA ; à droite en haut : IN MEDIO SEPTEM CANDELABRORUM AUREORUM SIMILIS FILIO HOMINIS PRECINCTUS AD MAMILLAS ZONA AUREA. à droite en bas : UBI IOHANNES CECIDIT AD PEDES DOMINI.

Registre inférieur, à gauche, sur fond jaune : Jean présente le Livre aux Églises : IOHANNES SEPTEM AECCLISIIS QUÆ SUNT IN ASIA. à droite : Sept arcades contenant un autel d'or sur fond de couleur différente ; respectivement : EFESUS. ZMIRNE. PERGAMUM. TIATIRE. SARDIS. FIADELFA. LAODICIAE.

[31v° a] **INCIPIT EXPLANATIO SUPRASCRIPTÆ STORIE.**

Et¹⁵⁵ audiui post me uocem magnam tamquam tubam dicentem michi : Quod uides scribe in libro [Ap 1,10]. Scriptum est prædicatoribus Euangeliæ. Clama ne cesses, quasi tuba exalta uocem tuam.

Et de hoc quod ait post, propheta dixit : Audient [fol. 31v° b] uerbum post tergum¹⁵⁶ monentis. Omnis humanitas quamuis sanctitatis altitudine subrigatur, diuinis sanctionibus comparata, diuinis coetibus¹⁵⁷ adequata, nequaquam parilitatem præsentie aut uultus præstat intuitus ; sed quadam fragilitate nature depressa carnalitas quasi post tergum¹⁵⁶, Dei sermonibus admonetur. Ergo quod post me [fol. 32r° a] ait, humilitatem suae humanitatis adsignat. Uocem magnam tamquam tubam [Ap 1,10] diuina eloquia, maiori quodam sapientie sono, maiori sanctimonia, atque amplioribus resonantia intellectibus docet. Quod uides, scribe in libro [Ap 1,11] ; intelligitur¹⁵⁸ quia dum diuinum auditur eloquium, dum imperia perpetrantur, non tantum panduntur oculi, sed et aures aperiuntur, ut abscondita uideant¹⁵⁹ et intellectu percipiant¹⁶⁰, atque ut in libris exaret

154. lucet corr. en lucens.

155. Initiale rehaussée en couleurs rentrante sur cinq lignes.

156. t ajouté en interligne.

157. cocibus corr. en coetibus par surcharge et e suscrit d'une encre plus claire.

158. et gratté avant intelligitur.

159. n ajouté en interligne d'une encre claire.

160. perspiciant corr. en percipiant.

admonetur. De quo libro per prophetam loquitur ¹⁶¹ Dominus dicens. Post dies illos ait Dominus, dabo leges meas in uisceribus eorum, et in cordibus ¹⁶² eorum scribam eas ; et ero eis in Deum, et ipsi erunt michi in populum. Non docebit ultra uir proximum suum, et uir fratri ¹⁶³ suo ¹⁶⁴, dicens : cognosce ¹⁶⁵ Dominum. Omnes enim cognoscent me a minimo eorum usque ad maximum, quia propitiabor iniquitati eorum, et peccati eorum non ero memor amplius. Hic est liber in quo scribere apostolus quę uiderat admonetur ; et ¹⁶⁶ audientium cordibus inculcare, uel in sua docetur sentire memoria. De quo libro beatissimus magister gentium dicit : epistola nostra, est ¹⁶⁷ scripta in cordibus uestris, quę cognoscitur et legitur ab omnibus. Et quod scripserit Iohannes, et quo dirigit ¹⁶⁸ admonetur. Et ¹⁶⁹ **mitte, ait, septem Aecclesiis** [Ap 1,11]. Quam unam Aecclesiam in totius mundi etate, id est ab illo quo ¹⁷⁰ dictum est tempore usque ad consumationem saeculi esse, iam diximus. Nam quod specialiter ipsarum nomina [fol. 32r° b] disserit, quid esse in se intelligentiæ ¹⁷¹ habeat, uideamus. **Ephesum, ait, et Zmirnam et Pergamum et Tiathiram et Sardis et Filadelfiam et Laodiciam** [Ap 1,11]. Numquid in eisdem ¹⁷² tantummodo urbibus, perfectio christiane religionis obtenta est, et non per uniuersam terram exiit sonus eorum, et in fines orbis terrae uerba illorum ? sed est forte in nominibus misterium, quod discutientes, in quantum Deus dederit disseramus. **Ephesum** enim dicit, uoluntas siue consilium meum. Cognosci uoluit omnem fidei nostrae statum et Ecclesię catholicę dignitatem. Non humanis meritis adscribendum, sed uoluntati ¹⁷³ Dei et diuine dispensationis esse propositum. **Zmirnam** autem dicit canticum eorum. Et quid est aliud nisi ¹⁷⁴ canticum perfectorum ¹⁷⁵ doctrinæ ¹⁷⁶ cęlestis, et praedicatio Aeuangelii, et christiane perfectio religionis, uel Aecclesię catholicę canora confessio ? **Pergamum** sonat, diuidens ¹⁷⁷ cornua eorum, siue aeriarum ¹⁷⁸ potestatum inportunitates, siue tumores ¹⁷⁹ hęreticorum, inflationesque docet potentum ¹⁸⁰, ab Ecclesię congregatione separari semper et diuidi. Cornua enim aut potestas aut timor est. Et ¹⁸¹ **Tiathiram** quod est inluminata, significat

161. e corr. en i par surcharge.

162. corda corr. en cordibus par ajout de ibus à l'encre claire en fin de ligne.

163. fratrem corr. en fratri.

164. suo ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

165. cognoscit corr. en cognosce.

166. et ajouté en interligne devant le M majuscule de début de phrase.

167. vos estis corr. en est par grattage.

168. dirigit corr. en diriget.

169. Et ajouté en interligne.

170. quod corr. en quo.

171. intellegentia corr. en intelligentiæ par surcharge.

172. eiusdem corr. en eisdem.

173. uoluntatem corr. par grattage du m et surcharge du i.

174. nisi ajouté en interligne de la même main.

175. nisi gratté devant doctrinæ.

176. a corr. en æ.

177. t final corr. en s.

178. a initial corr. en æ.

179. timores corr. en tumores par u suscrit.

180. potentium corr. en potentum par grattage du i.

181. t ajouté en interligne d'une encre noire.

sanctam Aecclesiam. Post hereticorum¹⁸² expulsionem, post potentum tumores, post aerias¹⁸³ potestates, post¹⁸⁴ temptamenta calcata, lumen dicit¹⁸⁵ meruisse iusticiae. **Sardum est**; principium pulchritudinis. Scilicet, ut Aecclesia percepto sole iusticiae lustrata lumine [fol. 32v^o a] ueritatis, initium habeat pulchritudinis, Dominum Ihesum Christum. Quo eruento, semper perpetuo¹⁸⁶ florescat¹⁸⁷ in lumine. **FILADELFIA** quod interpretatur saluans, herens¹⁸⁸ Domino. Post perceptum solem¹⁸⁹ iusticiae, post inluminationem sanctam¹⁹⁰, post sanctae pulchritudinis decorem, pro merito adherens¹⁹¹ Aecclesia Domino, inuiolabili se deuotionis obseruatione custodit. **LAODICIA**¹⁹² quod est tribus laudabilis Domini, uelut quidam uolunt, natiuitas interpretatur¹⁹³. Sed utrumque sonat, ut que pulchritudine fidei solem iusticiae meruit, et adherere sibi Dominum per fidem agnouit, sit et ipsa amabilis Domini tribus, que¹⁹⁴ a Domino diligatur, a Domino custodiatur, a Domino dirigatur, ut expectet natiuitatem suam, aut regenerationem bapismi, aut gloriam resurrectionis cum humilitate et patientia, sustineat. His gradibus Aecclesiae diuisa sunt omnia. Nec incassum praefatarum¹⁹⁵ urbium, sunt conscripta uocabula. Nam, qui¹⁹⁶ omni mundo loquebatur, cur tantum septem Aecclesiis refertur¹⁹⁷ scribere? Hoc est quod intellegere eum, cum quo¹⁹⁸ loquebatur Dominus, uoluit in caelesti sacramento misterium, his septem electis nominibus totius mundi Aecclesiam contineri. Vt et mysticum numerum, et totius Aecclesiae patefatiat dignitatem. **Et conuersus sum ut uiderem uocem que loquebatur mecum** [Ap 1,12]; humana fragilitas, diuinis eruditionibus roborata, conuertit faciem suam. Et non ait ut uiderem faciem eius qui loquebatur mecum, sed ut uiderem uocem, id est ut misterium intellerem uocis. Ideo enim sacramenta misterio¹⁹⁹ conspiciuntur, non facies contemplatur²⁰⁰. **Et con-**[fol. 32v^o b]-**uersus, uidi septem candelabra aurea** [Ap 1,12]. Cumque sacramentum uocis intellexissem post ipsam primam conuersionis faciem, aurea septem candelabra conspexi. Candelabrum²⁰¹ enim tribus insistens²⁰² brachiis²⁰³, uniuersante corpus attollit, quod corpus

182. heretici corr. en hereticorum par surcharge de o sur i final et ajout de rum en interligne d'une encre plus claire.

183. ie final corr. en ias par surcharge.

184. post ajouté en interligne d'une autre encre.

185. dicit ajouté dans la marge d'une encre plus claire.

186. a final corr. en o.

187. florescet corr. en florescat par surcharge.

188. herentem corr. en herens par grattage de em et surcharge du t.

189. percepto sole corr. en perceptum solem.

190. Un a suscrit.

191. h ajouté en interligne d'une encre plus claire.

192. Laodocia corr. en Laodicia par surcharge.

193. expectatur corr. en interpretatur par grattage et surcharge.

194. quis corr. en que.

195. praefatarum corr. en praefatarum.

196. e corr. en i par grattage.

197. referatur corr. en refertur par grattage du a.

198. quo ajouté en interligne de la même main.

199. a final corr. en o.

200. ba gratté avant le t.

201. a final corr. en um.

202. innitens corr. en insistens.

203. n suscrit gratté au-dessus de brachiis.

superpositam lucernam sustinet²⁰⁴, et fundamentum aliut nemo potest ponere sicut²⁰⁵ dicit Apostolus, preter id quod positum est, quod est Christus Ihesus, ex quo totum corpus compactum²⁰⁶ et conglutinatum per omnem iuncturam subministrationis, augmentum corporis facit, et in ędificationem sui in caritate secundum operationem et mensuram uniuscuiusque membri. Haec est enim illa uirga de qua dicitur : Exiet uirga de radice Iesse. Super hanc uirgam lucerna componitur²⁰⁷, id est catholicę lumen ęcclesię preparatur, ut lucis illius ueritate percepta lucem producat ipsam perpetuam, et unius fidei manifestatione compuncta²⁰⁸ sit lumine maiestatis accensa. Nam quod ait septem,²⁰⁹ septiformem Spiritus Sancti capit²¹⁰ gratiam, quae in ista mundi ebdomada persistit²¹¹. Quod uero dicit aurea, uel robur fidei significat sanguine Christi Ihesu coloratum, uel fidem in ęcclesiam martirum. Qui²¹² rubicundo sanguine inticti sunt, ait : **Et in medio septem candelabrorum aureorum, similem filio hominis uestitum podere** [Ap 1,13]. Similem dicit post mortem deuictam, cum ascendisset in ęlis adunato et²¹³ isto corpore, cum spiritu glorię suae, quia²¹⁴ recepit a Patre potestatem, quasi Filium hominis ambulans inter medium²¹⁵ candelabrorum aureorum uidit²¹⁶. Sicut in Salomone dicit. Inter semitas iustorum ambulabo²¹⁷. Cuius antiquitas [fol. 33r^o a] est, immortalitas²¹⁸, maiestatis et omnium rerum²¹⁹ origo. Ipsa²²⁰ septem candelabra aurea septem ęcclesiae sunt quę in eius membris coniunctę unum corpus faciunt. Nam abutum²²¹ filii hominis id est podere quam²²² dixit, Aecclesiam qua indutus est, descripsit. Siue autem Filius hominis, siue septem candelabra aurea, siue septem stellę, hoc totum una ęcclesia est, quę septem membris unum corpus facit, quia²²³ sicut unus homo septem membris constare cognoscitur, scilicet oculis²²⁴, auribus²²⁵, naribus²²⁶, hore²²⁷, corde²²⁸, manibus²²⁹, et pedibus²³⁰. Septem

204. lucis gratté aprés sustinet.

205. sicut ajouté en interligne de la même main.

206. compactum corr. en compactum par grattage du n et add. interl. du m.

207. conponetur corr. en componitur par grattage du n, par tilde sur le o, et par surcharge pour la correction du e en i.

208. compuncta corr. en compuncta par grattage du n et add. interl. du m.

209. ut gratté aprés septem.

210. a gratté avant le t.

211. persistat corr. en persistit.

212. Signe de ponctuation et majuscule ajouté d'une autre encre.

213. in gratté aprés et.

214. qua corr. en quia par lettre suscite.

215. o final corr. par u surmonté d'une tilde.

216. uidit ajouté en interligne de la même main.

217. Tilde superflu sur le a initial.

218. in initial corr. en im par surcharge et i ajouté en interligne.

219. et omnium rerum ajouté en interligne.

220. a ajouté en interligne.

221. h initial gratté.

222. quem corr. en quam.

223. ut corr. en quia.

224. os corr. en is par surcharge d'une encre plus claire.

225. aures corr. en auribus d'une encre plus claire.

226. nares corr. en naribus d'une encre plus claire.

227. hos corr. en hore.

228. cor corr. en corde par de ajouté en interligne d'une encre plus claire.

diximus diuersa per ²³¹ officia, sed unum corpus. Sed propter allegorizandum diuidit genus in species, ita ut etiam aliquibus speciebus genus aparte ²³² expressum sit. In aliquibus enim propter nimiam minutiam ²³³, et eloquii diuini altitudinem liquido genus ostendere non possumus, quod facilius uideri quam dici, potest. Diuidit autem genus in partes, hoc ut diximus ²³⁴ modo, ut arca Noë structa fuit ²³⁵, ita et Aecclesia. Archa enim in inferioribus ampla fuit, in superioribus coangusta. Quia et illi qui intra Aecclesiam amplam uiam et spatiosam sectantur, non homines sed bestię nuncupantur. Quę animalia inmundanda bina et bina missa esse ²³⁶ dicuntur. Homines tamen et aues in superioribus commorantur ; homines dicit ratione capaces ; aues hoc loco ipsi ²³⁷ qui in contemplatione fidei stant intelliguntur. Et octo anime, quę infra arcam sunt et bestię et aues in una arca saluari creduntur. Ita in Eecclesia, ut illud propheticum. Et tu homo Iuda, et qui habitas ²³⁸ in Iherusalem, et iudicas ²³⁹ inter te ²⁴⁰ et uineam, cum Iherusalem, et homo, et uinea, [fol. 33r° b] unum sit, quod est Aecclesia. Sic enim conclusit, dicens : Vineam enim Domini Sabaoth domus est Israel, et in domo magna quę est Aecclesia uasa aurea et argentea cum eadem uasa sint domus Dei. Et iterum : Exite de medio eius qui fertis uasa Domini, eum qui ferunt, ipsi sunt uasa. Quod autem uasa Domini sacrificiis uel sacramentis mysticis ²⁴¹ deputata, rex quondam Babilonius de Iherusalem abstulisset, pariterque cum captiuis abduxisset et suis usibus deputasset, miserante autem Deo, post solutam captiuitatem, uasa illa allata ²⁴² sunt, non confracta ²⁴³, sed diuino ²⁴⁴ cultui mancipanda ²⁴⁵. Rex Babilonius diabolus est, qui infelicem populum curarum captiuitate uinctum de Iherusalem, id est de ²⁴⁶ Aecclesia in Babiloniam, id est confusionem heretice prauitatis, abduxit. Sed et partem uasorum, id est sacramentorum, ipsa sacramenta sunt quę in Eecclesia geruntur, quem ²⁴⁷ rex Babilonius cum captiuis asportauit ²⁴⁸. Sic et hodie in Aecclesia heretici sacerdotes nostra uasa in Babiloniam, id est in confusionem portant. In primo nomen ipsum Christi, quo se christianos utique dicunt. Asportant Legem, Euangelium, Apostolum, psalterium, bap-tismum, amen, et alleluia, symbolum, et

229. manus *corr. en* manibus.

230. pedes *corr. en* pedibus ; lire pedibus.

231. per *ajouté avant* officia *d'une encre plus claire et d'une autre main*.

232. aperte *corr. en* aparte *par surcharge*.

233. em *final corr. en* am.

234. ut diximus *ajouté en marge d'une autre main*.

235. structa fuit *ajouté en interligne*.

236. missa esse *ajouté en interligne de la même main*.

237. ipsi *ajouté en fin de ligne d'une encre plus claire*.

238. habitatis *corr. en* habitas *par grattage*.

239. es *final corr. en* as.

240. se *corr. en* te *par surcharge d'une encre plus noire*.

241. mysticis *corr. en* mysticis.

242. ablata *corr. en* allata.

243. cun *corr. en* con.

244. rum *gratté après* diuino.

245. mancipata *corr. en* mancipanda *par n suscrit et surcharge*.

246. de *ajouté en interligne*.

247. Tilde à peine visible sur le e.

248. assportauit *corr. en* asportauit *par grattage*.

orationem dominicam. Cum autem ad²⁴⁹ respectum Domini, ignorantie confusione relicta, populus ad Iherusalem, id est ad²⁴⁹ uisionem pacis que est Aecclesia Dei uiui, duce Domino, redire festinat²⁵⁰, haec uasa, id est sacramenta, secum deferens²⁵¹, non immutat sed reportat utique integra, nec confringit²⁵², quasi in melius renouanda, sed ea in²⁵³ templo restituit²⁵⁴, usibusque diuinis accommodat, ita [fol. 33v° a] ut ea secum non perdita, sed etiam apud impios reseruata fuisse, plebs restituta congaudeat. Nec delemus Eūangelium, nec oblitteramus Apostolum, amen quoque et alleluia non commutamus bap̄tisma, non iteramus, et ut supradictum est in aliquibus speciebus genus apertum est, in aliquibus clausum, ut Dauid ait : Quis habitabit in tabernaculo Dei ? Spiritus respondit : Innocens manibus et mundo corde. Cum aliud tabernaculum non sit Dei in terris, quam innocentes manibus et mundi²⁵⁵ corde. Ita et nunc in septem candelabra, describit²⁵⁶ Aecclesiam, Filium²⁵⁷ hominis. **Uestitum, inquit**²⁵⁸ **podere** [Ap 1,13], id est tunica talari, uel ueste sacerdotali. Podere enim uestis est sacerdotalis, id est caro Christi que corrupta non est ad mortem, et habet per passionem sacerdotium apertissime denotatum. Quia ipse est, ut ait Apostolus princeps pastorum, de quo doctor gentium dicit : Talis enim decebat²⁵⁹ nobis esse pontifex. Sanctus, innocens, impollutus²⁶⁰, segregatus a peccatoribus et excelsior celis²⁶¹ factus, sicut per Zachariam dicitur : Ihesus sacerdos magnus filius Iosedec, indutus erat uestibus sordidis. Iste²⁶² Ihesus magni sacerdotis fuit filius Syrach et nepos Ihesu, qui in Salomone scribitur. In sacerdotio autem, ut dictum est, tota Aecclesia est, quia non est natura humana super terram, cuius partem²⁶³ Christus non suscepisset. **Et precinctum ad mamillas, zona aurea** [Ap 1,13]. Mamme Domini, id est²⁶⁴ duo precepta Legis et Aeuangelii, et est²⁶⁵ sancta doctrina²⁶⁶, sicut in Cantico legimus [fol. 33v° b] de Aecclesia, que ex gentibus futura erat, quod testamenta necdum haberet. Soror, inquit²⁵⁸ nostra pusilla, et ubera non sunt ei. Matri uero Eecclesie sic dicit : Duo ubera tua, sicut duo ynuli gemelli. Duo ynuli²⁶⁷ iudaicus populus est et gentilis. Duo uero ubera, Lex et Eūangelium. In Lege denuntiatum est, in Eūangelio demonstratum, siue benedictionibus uberum Mariae que uere benedicta erant, quia eadem²⁶⁸ sancta

249. ad ajouté en interligne de la même main.

250. n gratté avant le t final.

251. Un signe de ponctuation forte suivi d'une majuscule a été annulé par une liaison entre les deux mots.

252. confringet corr. en confringit.

253. in ajouté en interligne.

254. restituet corr. en restituit.

255. mundo corr. en mundi.

256. describet corr. en describit.

257. in filio corr. en filium par grattage de in et u suscrit avec tilde.

258. inquit corr. en inquit.

259. ut gratté avant nobis.

260. i initial suscrit.

261. orum final corr. en is.

262. Istius corr. en Iste.

263. naturam corr. en partem.

264. id est ajouté en interligne de la même main.

265. et est ajouté dans la marge.

266. est ajouté en interligne après doctrina.

267. duo ynuli ajouté en interligne de la même main.

268. a ajouté en interligne d'une encre plus foncée.

Uirgo Domino potum lactis immulsit. Vnde illa mulier²⁶⁹ in ęuangelio ait : Beatus uenter qui te portauit, et ubera quę suxisti.²⁷⁰ Sicut in Genesi dicitur, benedictionibus uberum et uuluę. Etiam hic uulua eiusdem matris uirginalis benedicitur, quę nobis Christum Dominum ędidit, de quo per Iheremiam dicitur : Priusquam te formarem in utero, noui te, et antequam exires de uulua, sanctificaui te. Et iterum in Salomone : Ubera tua, similia botris. Quia, sicut suprasdictum est, duo ubera duo testamenta, et duo ynuli²⁷¹ duo populi²⁷², quod est Ecclesia. Potest autem et in hac spetię genus uideri, et in testamentis Aecclesia intelligi. Et testamenta ex eo quod efficiunt, comparationem²⁷³ accipiunt. Non enim testamenta pascuntur, sed Ecclesia per testamenta nutritur. Aut testamenta sanguinem fundunt, et non populi, qui ad uitam botri²⁷⁴ expressi sanguinem fundunt. Quia sicut acini²⁷⁵ in botrum, ita in Christi²⁷⁶ corpore populi adunantur. Diuerse²⁷⁷ autem huius tropi speties frequenter in scripturis deprehenduntur, ut factor ex eo quod facit nomen accipiat. Sic ę contrario diabolus [fol. 34r^o a] et ministri eius, mors et infernus dicti sunt, eo quod multis causa mortis et inferni sint. Sicut scriptum est : Ubi est mors aculeus tuus ? Nam et ipse diabolus qui dictus est mors, habet mortem stagnum ignis quod est mors secunda. Sic in hoc libro legimus Ęuangelium aeternum, ut qui per Ęuangelium uiuunt, sint aeterni. Fructus enim preceptorum aeternus est, non praecepta. Non enim qui te angariauerit unum miliarium, uade cum illo alia duo, ęternum erit, sed qui fatigauerit se²⁷⁸ ipse erit aeternus. Sicut caro et sanguis, regnum Dei possidere non possunt. Pro operibus enim, carnem credimus regnare, quę non carnaliter uiuit. Dicitur et hic de uasculo, quia²⁷⁹ maius eidem quod²⁸⁰ continet, quam id quod continetur. Vt calix tuus inębrians, quam preclarus²⁸¹ est. Calix enim neminem inebriat, sed quod in calice continetur. Et mundus uos odit, pro eis²⁸² dicit, qui in mundo sunt. Et dies mali sunt, cum dies mali esse non possint, sed homines sunt mali, qui in diebus sunt. In mammillis ergo, testamenta intellegimus, id est Aecclesiam, quę per testamenta uiuit²⁸³. Sic Dominus in Ęuangelio. Semen, nunc praecepta, nunc homines manifestat. Venit, inquit inimicus, et rapit quod in corde seminatum est, id est preceptorum uerba. In sequenti uero similitudine dixit Dominus, semen bonum hii sunt filii regni. Hic non preceptum uerbi²⁸⁴, sed²⁸⁵ ipsos homines, qui fiunt per semen precepti. Quod uero dicit *precinctum ad mamillas*

269. Ponctuation non rendue.

270. Signe de paragraphe.

271. duos ynulos corr. en duo ynuli par surcharge.

272. o corr. en i par surcharge.

273. u gratté et remplacé par m dans l'interligne.

274. n gratté entre r et i.

275. Plusieurs lettres reprises à l'encre noire.

276. christo corr. en christi par surcharge.

277. Initiale reprise à l'encre noire.

278. sed corr. en se par grattage.

279. quod corr. en quia.

280. majus eidem quod ajouté dans la marge et en interligne de la même main.

281. um final corr. en us.

282. eos corr. en eis.

283. e corr. en i par surcharge.

284. s final gratté.

285. set corr. en sed.

[Ap 1,13], precinctio ista passionis inditium est, de qua Dominus [fol. 34r° b] loquitur Petro. Cum senueris alius te precinget, et ducet²⁸⁶ quo tu non uis. Zona aurea uirtus eius est sempiterna, sanguine dominice passionis aspersa²⁸⁷. Zone²⁸⁸ cuius uarietas uirtutum et²⁸⁹ diuersitas et numerus earum²⁹⁰ mirabilium est una potentia. Zona aurea, corus sanctorum, ut aurum igne probatum. Zona, quod dicitur accinctus pectore²⁹¹, conflata conscientia et purus spiritualis sensus, ita traditus est Aecclesiis, eo quod hinc inde Legem et Aeuangelium, iudaicum et gentilem populum, an unum constringit. **Capud²⁹² autem eius et capilli erant albi, tamquam lana alba, aut tamquam nix** [Ap 1,14]. In capite candor ostenditur, capud²⁹² autem Christi Deus est. Ipse est candor propter nitorem puritatis ingenite, propter simplicem lucem Unigeniti, propter simplicem sancti fulgoris spiritus et iusticie, immaculatum decus. Caput Eccclesie Christus. In capillis albis multitudinem albatorum dicit. Lana, propter oues similitudine. Niuem propter innumerabilem turbam candidatorum de celo datorum. Candor, non sine causa nuncupatur. Quod lanę albę et niuibus comparantur²⁹³, propter indulgentiam quam peccatoribus indesinenter inpendit, sicut scriptum est. Si fuerint peccata uestra ut coccinum, quasi nix dealbabuntur. Et si fuerint rubra quasi uermiculus, uelud²⁹⁴ lana munda erunt. Ipsi enim sunt Iherusalem, que cotidie de celo descendit, id est de populo sancto. Nascuntur [fol. 34v° a] de sanctis²⁹⁵, imitando sanctos. Sicut bestia de abisso, quod est populus malus, ex populo malo. **Et oculi eius, sicut flamma ignis** [Ap 1,14]. Oculos Domini dicit propter ineffabilem praescientiam iudicantis.²⁹⁶ Propter ineuitabile lumen oculorum, flamma ignis non immerito²⁹⁷ nuncupatur. Scriptum est enim, quod Deus noster ignis consumens est, id est aliquid dum est²⁹⁸ iudicans et interiora perscrutans est²⁹⁹. Oculos Eccclesie aliquando precepta scripturarum Dei sunt, aliquando uero Spiritus Sanctus. In oculos preceptum Domini intelligimus, eo quod lumen est ignorantibus, sicut scriptum est. Lucerna pedibus meis, uerbum tuum. Et iterum. Preceptum Domini lucidum, inluminans oculos. Que nam ipsa precepta sint ignis, in propheta Ioseph, qui corpus Domini praefigurabatur, dictum est: Eloquium Domini igniuit eum. Quod autem ait ut flamma ignis, eo quod incredulis³⁰⁰ in die³⁰¹ iuditii, ipsa precepta incendium erunt. Recte ergo precepta Dei oculi ut flamma ignis sunt, que credentibus lumen ministrant, incredulis ignem preparant. Spiritum uero

286. ducit *corr. en* ducet.

287. asparsa *corr. en* aspersa.

288. zona *corr. en* zonę.

289. et *difficilement inséré entre deux mots.*

290. eorum *corr. en* earum.

291. pectori *corr. en* pectore.

292. caput *corr. en* capud.

293. n *ajouté en interligne.*

294. uelut *corr. en* uelud.

295. o *corr. en i par surcharge.*

296. *Signe de paragraphe.*

297. in *initial corr. en im par surcharge et i suscrit.*

298. est *ajouté en interligne de la même main.*

299. est *ajouté d'une encre plus sombre.*

300. us *final corr. en* is.

301. diem *corr. par grattage.*

Sanctum oculos intelligimus, quia per ipsum Legem et Euangelium interpretamur. Sicut scriptum est: Palpebrae eius interrogant filios hominum. Palpebris apertis uidemus, clausis uero in tenebris sumus. Cum uero aliquid de scripturis obscurum intelligimus, quasi in tenebris palpebras aperimus. Quod uero minime intelligimus, quasi in tenebris palpebras Domini clausas habemus. [fol. 34v° b] Et nisi Spiritus Sanctus intus sit, qui doceat, doctoris lingua in uacuum laborat. Et ipse Spiritus Sanctus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, ut ait apostolus, eo quod nos gemere faciat, ut semper petamus. **Et pedes eius similes auricalco** ³⁰² **Libani, sicut in camino ardentis** [Ap 1,15].

Pedes ³⁰³ Domini dicimus, humanam substantiam, quam pro nostra assumpsit ³⁰⁴ salute. Vnde, et misericors dicitur et miserator. Sicut enim auricalcum ³⁰⁵ in fornace rutilans, nullis extrinsecus scatebris, nullis rubiginibus occupatur; ita sincerissima ³⁰⁶ et perfectissima ³⁰⁶ assumpti ³⁰⁴ hominis ³⁰⁷ caro, deitate ³⁰⁸ suscepta, in deitate manens, absque uitio naturae, absque parentis culpa persistit ³⁰⁹; hii pedes, pacem annuntiant et predicant salutem. Pacem angelis et hominibus, pacem iudaico populo ³¹⁰ et gentili ³¹¹. Ipse est qui fecit utraque ³¹² unum, ut sit omnia in omnibus salus mundi et rex omnis creature. Pedes uero Ecclesie ignitos, nouissimo tempore nimietate pressurarum dicit ignitam. Pes ³¹³ enim nouissima pars est corporis. Sicut lapis de monte precisus ³¹⁴ ad pedes percussit corpus regnorum mundi. Auricalco enim, illam rationem similauit ³¹⁵, eo ³¹⁶ quod ex ere fiat, et igne multo et medicamine, perducatur ad aureum colorem, quod uero auricalco Libani similauit, non sine ratione est. Libanus enim mons est in Iudea, et significat per Libanum candorem baptismi. Iudea uero, confessio dicitur; [fol. 35r° a] christiani et confessores Ecclesia nuncupantur. Exinde ostenditur quod in Iudea, id est inter fratres Christi, corpus ignitur, precipue nouissimo ³¹⁷ in pedes, id est in mundi finem. Istum enim caminum in domo Dei esse, et illic fideles probari, ubi et Dominus crucifixus est, et pro nobis probatus. In Zacharia ³¹⁸ aperte eadem Dominus loquitur, qui de plebe sua suis ³¹⁹ simili ³²⁰ passionibus ³²¹ exiit, dum partem argenti numero ³²², id est

302. oricalco corr. en auricalco par au suscrit.

303. Grande initiale rehaussée en couleurs rentrante sur quatre lignes.

304. ad initial corr. en as.

305. oricalco corr. en auricalcum par au en interligne d'une encre plus claire et o final corr. en um.

306. m final supprimé par grattage.

307. hominibus corr. en hominis par grattage de bu et liaison.

308. a gratté devant deitate.

309. a corr. en i par surcharge.

310. i final corr. en o.

311. gentilis corr. par grattage du s.

312. utrumque corr. en utraque.

313. pedes corr. en pes par grattage.

314. Un premier s gratté devant sus final.

315. similabit corr. en similauit.

316. eo ajouté en interligne.

317. um final corr. en o.

318. Zacharie corr. en Zacharia par surcharge.

319. suarum corr. en suis par grattage et surcharge.

320. similes corr. en simili par grattage et surcharge.

321. passionum corr. en passionibus.

322. um final corr. en o.

pretio³²² suae mortis, accepit, et in fornace id est, in domo sua, id est, suam gentem, ad probationem ueritatis³²³ precepit igniri. Sicut legimus, et dicam, inquit³²⁴, ad illos. Si bonum est in conspectu uestro, date statuentes mercedem meam, aut si non, discedite. Et statuerunt mercedem meam triginta argenteis³²⁵, et dixit ad me: Proice illos in conflatorium, et inspice si probatum est, quemadmodum probatus sum pro eis. Et accepi triginta argenteos, et deposui illos in domum Domini in conflatorium. Et iterum: Ego recipiam uos in medio Iherusalem, sicut recipitur argentum et aurum, eramentum et ferrum, stagnum et plumbum, in medio camino, ad insufflandum illud in igne, ut conflatur.

Ita recipiam in ira mea, et congregabo et conflabo uos, insufflationem ignis³²⁶ ire meae, et conflabimini in medio eius. In hoc libro, nichil aliud inuenies, nisi bella et incendia, tribulationes magnas et pressuras intra Ecclesiam, quæ Deus per Christum suum reuelare Aecclesie suæ dignatus est, cauendo, fugiendoque facinoris misterium³²⁷, id est spiritualem³²⁸ nequitiam³²⁹ in cęlestibus, hoc est intra Aecclesiam. Magis ut imminente³³⁰ [fol. 35r^o b] tribulationis dissensione³³¹, sciret populus Dei quanta et qualia per tot annos sustineat, etiamsi minus intellexerit, Spiritu tamen Dei gubernante, per singulos dies mala uitauerit, et equanimiter et pacienter pressuras subportauerit, tamquam aurum in fornace probatus erit. **Et uox eius sicut uox aquarum multarum** [Ap 1,15].

In³³² uoces Aecclesias ostendit, atque hoc in³³³ loco³³⁴ duobus modis intelliguntur, id est populi et doctrinæ³³⁵ cęlestis. Populi uero sunt aque³³⁶, sicut in hoc libro legimus: Aque, inquit³³⁷, quas uidisti³³⁸, per quas meretrix illa sedet, cum qua fornicati sunt reges terrae, quod sunt populi et nationes. Hec³³⁹ uero aqua³⁴⁰ quæ uox Domini nuncupatur³⁴¹, sancti Domini intelliguntur, predicatorum scilicet³⁴² fidei, et doctores gentium, qui doctrinæ Christi magnitudine et uocis elegantia³⁴³ ac præceptorum sancta dulcedine scripturarum, resonantium aquarum multitudini comparatur³⁴⁴, de quibus aquis, scriptum est: A multitudine sonitus aquarum, uocem dederunt nubes.

323. tatis ajouté en interligne d'une encre plus claire.

324. inquit corr. en inquit.

325. argenteos corr. en argenteis par surcharge.

326. s ajouté en interligne d'une encre plus claire.

327. o final corr. en um.

328. i final corr. en em.

329. m final ajouté après nequitia.

330. in initial corr. en im par surcharge et i suscrit.

331. n ajouté en interligne d'une encre plus foncée.

332. Initiale colorée mais non ornée rentrante sur deux lignes.

333. in ajouté en interligne d'une encre plus claire.

334. in gratté avant duobus.

335. a final corr. en æ.

336. aque ajouté dans la marge.

337. inquit corr. en inquit par surcharge.

338. s final gratté.

339. Hic corr. en Hec.

340. aque corr. en aqua par surcharge.

341. nuncupantur ms, le n étant ajouté en interligne d'une encre plus claire.

342. scilicet ajouté en interligne.

343. eligantię corr. en elegantia.

344. comparantur corr. en comparatur par grattages et ajout de m en interligne.

Ergo hac³⁴⁵ aqua, sanctos doctores et sacerdotes intra Eꝑcclesiam et diuina imperia et sacram sanctionem Legis et Eꝑuangelii accipimus. Hii sunt nubes, qui hanc doctrinam celestem terrae sicienti, id est populo ignaro, infundunt. De quibus, sapientissimus ille dicit : Si replete fuerint nubes, aquam super terram effundunt, id est si³⁴⁶ diuina doctores uerba susceperint, populis profecto dispensant. **Et habebat in dextera manu sua, stellas septem** [Ap 1,16]. Dexteram manum Dei filium dicimus. Dextera enim illius, multitudo sanctorum, de qua scriptum est : Iustorum [fol. 35v° a] animeꝑ in manu Dei sunt. Quod uero septem stellas nominat, significat sine dubio ab exordio huius mundi³⁴⁷ hanc ebdomadam septem dierum, per quam mundus iste deducitur, et sanctos³⁴⁸, qui a prima origine mundi usque ad mortis consummationem, qui fuerunt et qui sunt et qui adhuc futuri esse creduntur, in Dei et in Domini nostri dextera persistere. Haec est apostolica Aecclesia, cui adstanti ad dexteram dicit : Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab origine mundi. Septem autem stellis³⁴⁹ omnes omnino sanctos accipimus. Hii sunt septem Aecclesieꝑ, queꝑ³⁵⁰ septiformis³⁵¹ gratiae spiritu iunctae, una Aecclesia nominantur³⁵². **Et ex ore eius, gladius ex utraque parte acutus procedens** [Ap 1,16].

Si³⁵³ de capite procedit³⁵⁴ iste gladius, utique et de corpore. Per gladium bis acutum, de ore ipsius emicantem ostenditur ipsum esse qui nunc eꝑuangelii bona nunciat³⁵⁵. Primus Moyses, Legis noticiam uniuerso orbi protulit, de quo gladio Apostolus dicit : Gladium spiritus, quod est Uerbum Dei. Et alibi : Viuus est Dei sermo et efficax, et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad diuisionem animeꝑ ac spiritus, conpagum quoque et medullarum, et est discretor cogitationum, et intentionum cordis. Gladius ergo Dei uera lex³⁵⁶ eius et imperia, et eruditio creditur esse di-[fol. 35v° b]-uina. Sed quia ex eodem uerbo omne genus humanum tam Noui quam Ueteris Testamenti iudicaturus³⁵⁷ est. Ideo bis acutus dicitur, et inde hinc acuitur, ut fideles armet et interficiat infideles. Gladius enim militem armat. Gladius ostem interficit. Gladius desertorem punit. Et ut ostenderet apostolis, quia iudicium annuntiabat, ait : Non ueni mittere pacem, sed gladium. Et postquam consummauerat parabolas, ait ad illos : Intellexistis hec³⁵⁸ omnia ? et dixerunt : Ita. Et adiecit : Propterea omnis scriba doctus in regno Dei, similis est patrifamilias proferenti de thesauro suo noua et uetera. Noua, eꝑuangelica uerba. Vetera, Legis et Prophetarum. Et heꝑ de ore suo processerunt. Et Petro ait : Vade ad mare et mitte amum et primum

345. hanc corr. en hac par grattage.

346. si ajouté en interligne.

347. et gratté après mundi.

348. sancti corr. en et sanctos.

349. stellas corr. en stellis par grattage.

350. in gratté après queꝑ.

351. es final corr. en is.

352. n ajouté en interligne d'une encre plus sombre.

353. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur trois lignes.

354. procedet corr. en procedit.

355. nunciat ajouté en interligne de la même main.

356. legis corr. en lex.

357. uindicaturus corr. en iudicaturus.

358. hec ajouté en interligne.

piscem qui ascenderit, aperto ore eius, inuenies staterem, id est duos denarios, quem³⁵⁹ dabis pro me et te. Et id similiter per spiritum ait : Semel locutus est Deus, duo haec audiui. Quia semel decreuit ab initio Dominus, quousque ad finem futurum est. Denique cum iudex sit ipse a Patre constitutus, uolens ostendere, quoniam uerbo praedicationis iudicabuntur omnes, ait : Putatis quia ego uos iudicabo ? Non, sed uerbum³⁶⁰ quod uobis locutus sum, illud³⁶¹ uos iudicabit. Gladius ex ore eius semen est uerbi, sicut per Iob dicitur : Seram et alius comedat³⁶², et progenies mea eradicetur. More sacri eloquii serere [fol. 36r° a] dicimus, uerba uite praedicare. Et propheta ait : Beati qui seminatis super omnes aquas. Sanctos quippe Ecclesie praedicatores super omnes aquas seminare conspexit, qui cunctis late populis uite uerba, quasi celestis panis granæ³⁶³, tradiderunt. Commedere³⁶⁴ autem est, bonis operibus satiari, ut Dominus ait :

Meus cibus est, ut faciam uoluntatem Eius, qui misit me. Si ergo ea que retulit facere praetermisit, ait : Seram et alius comedet. Ac si aperte dicat : Quod hos meum loquitur, non ego sed alter operatur. Predicator quippe qui a suis uocibus moribusque discrepat, ieiunus serit quod alius manducat. Quia suo semine ipse non pascitur, quando uerbis uite rectitudine et praua accione uagatur. Et quia plerumque discipuli incassum bona audiunt, cum ex magistri uita operum exempla destruunt, recte subiungitur. Et proenies mea eradicetur. Doctoris enim proenies eradicatur, quando id quod per uerbum nascitur, per exemplum necatur, quia quos lingua uigilans lingit³⁶⁵, uite negligentia³⁶⁶ occidit. Neque enim torpentibus³⁶⁷ nobis est in te transeundum, quod apud Salomonem mulier filiumque uigilans lactare consueuerat, dormiens interemit. Quia nimirum magistri uigilantes quidem³⁶⁸ scientia, sed uita dormientes, auditores suos quos per uigilias praedicationis nutriunt, dum quod dicunt facere negligunt³⁶⁹, per somnum torporis occidunt. Unde plerumque dum ipsi reprehensibiliter ambiunt, et habere discipulos uite laudabiles nequeunt, alie-[fol. 36r° b]-nos sibi attrahere³⁷⁰ conantur. Quatinus³⁷¹ dum bonos se habere sequaces ostendunt, apud iudicium hominum excusant que male agunt, et quasi per subditorum uitam, mortifera se³⁷² necant negligentia³⁷³. Vnde illic mulier filium, quem³⁷⁴ extinxit proprium, quesiuit alienum. Sed tamen ueram matrem Salomonis

359. quem ajouté en interligne.

360. uerbo corr. en uerbum.

361. illut corr. en illud.

362. commedat corr. par grattage d'un m.

363. a final corr. en æ d'une encre plus claire.

364. Le second m biffé de trois traits obliques légers.

365. gignit corr. maladroitement en lingit.

366. neglegentia corr. en negligentia par surcharge.

367. bus final ajouté d'une autre main.

368. quidam corr. en quidem.

369. neglegunt corr. en negligunt par surcharge.

370. adtrahere corr. en attrahere.

371. Quatenus corr. en Quatinus par surcharge.

372. se ajouté en interligne d'une encre plus claire et d'une autre main.

373. neglegentia corr. en negligentia par surcharge.

374. qui corr. en quem.

gladius, inuenit. Quia uidelicet cuius fructus uiuat, uel cuius intereat, extremo examine³⁷⁵ ira districti iudicis examinat.

Ubi et illud sollerter intuendum, quod uiuens filius prius diuidi³⁷⁶ praecipitur, ut soli postmodum matri reddatur.

Quia in hac uita quasi partiri conceditur uita discipuli, dum ex illa nonnumquam alter apud Dominum meritum, alter uero apud homines, laudem habere permittitur. Sed falsa mater eum quem non genuit, occidi non metuit, quia arrogantes magistri et caritatis ignari, si plenissimum nomen laudis ex alienis discipulis consequi nequeunt, eorum uita crudeliter insecuntur.

Inuidiæ enim face succensi, nolunt alios uiuere, quos se conspitiunt non posse possidere. Vnde illic peruersa mulier, clamat : Nec meus sit, nec tuus. Vt enim diximus quos sibi obsequi non uident ad gloriam temporalem, eos aliis inuident uiuere per honestatem³⁷⁷. Vera autem mater satagit, ut eius filius saltim³⁷⁸ apud extraneam sit et uiuat.

Quia concedunt ueraces magistri, ut ex eorum discipulis alii quidem magistri laudem [fol. 36v^o a] habeant, si tamen integritatem uite idem discipuli non amittant³⁷⁹. Per quæ, pietatis uiscera, hec eadem uera mater agnoscitur. Quia omne magisterium, in examine caritatis approbatur et sola tantum recipere meruit, quem quasi totum concessit. Quia fideles praepositi, pro eo quod ex bonis discipulis suis gaudent, non solum aliorum laudem non inuident, sed utilitatem eis etiam profectus exorant. Ipsi et integros et uiuentes filios recipiunt, quando in extremo examine ex eorum uita³⁸⁰ perfecte retributionis gaudia consequuntur. Hęc paucis per excessum diximus uerbis ut auditorum progeniem per doctorum negligentiam³⁸¹ qualiter extinguitur, monstraremus. Quia quisquis iuxta³⁸² hoc quod loquitur non uiuit, quod uerbo genuit, ab stabilitate rectitudinis, opere euellit. Sed sicut gladio Salomonis diuidente proprię matris gemitum, inde uerus repertus est partus, ita et spiritu Ihesu Christi³⁸³ docente, plerumque hii qui a matre seducti et captiui sunt errore hereticorum, nonnumquam merentur pro semedipsis gementes recognoscere Aecclesiam matrem. Vnde satis conuenienterque apparet in hanc mulierem hereticorum uel sinagoge figurasse impietatem, quę et suos nequiter nutriendo interimit et alienos quousque perdat, illiciendo persuadet³⁸⁴. **Et facies eius sicut sol lucet in uirtute sua** [Ap 1,16].

Mirus³⁸⁵ ordo membrorum, post pedes scribitur facies³⁸⁶. Hic facies illius, soli comparatur. [fol. 36v^o b] Indignum est enim satis, humilem putare Christum descriptum, discoloribus membris, aut claritatem eius soli comparatam. Nam si de iustis dicit : fulgebunt sicut sol, quam periculosum est dicere quod pari

375. i suscrit.

376. diuiditur corr. en diuidi..

377. per hones ajouté en interligne.

378. saltem corr. en saltim.

379. Un premier m gratté laissant un grand blanc.

380. e final corr. en a.

381. neglegentiam corr. en negligentiam.

382. i initial gratté ; lire iuxta.

383. o final corr. en i.

384. persuadit corr. en persuadet.

385. Initiale rehaussée de couleurs rentrante sur deux lignes.

386. Mot très effacé.

claritate fulgeant iusti cum Domino, cum ipse sit suorum claritas et pro operum meritis, unusquisque ab alio plus fulgeat ? Sicut scriptum est : Stella ab stella difert in claritate. De sua autem claritate Dominus, in quantum scire possumus, dixit : Sicut fulgur ³⁸⁷ exit ³⁸⁸ ab oriente et paret usque in occidentem, ita erit et aduentus Filii hominis. Tamen quod dicit facies eius, lucet sicut sol, apparitio illius fuit qua locutus est hominibus, facie contra faciem. Solis autem gloria non potest comparari glorię Domini, sed propter ortum solis et occasum, et rursus ortum quod natus sit et passus et resurrexit, ideo dedit similitudinem scriptura faciei eius glorię solis. Ostendit enim post pedes ignitos eius ³⁸⁹, sicut solis faciem lucere, id est post nouissimi certaminis flammam ³⁹⁰, in die iudicii manifestari Eccclesię claritatem. Sicut Dominus collectis de regno eius zizaniis, manipulos mittet peccatorum ad comburendum, tunc inquit iusti fulgebunt sicut sol, in regno Patris sui. Sicut enim solis claritas que non ex se rutilat sed composita Deo magistrante persistit, et ubique radium sui splendoris immittit, ita facies Domini non ex aliquo accipiens, sed uirtutis sue potestate perlucida, nichil habet absconditum, nichil obscurum. **Et cum uidissem Eum, cecidi ad pedes Eius, tamquam mortuus** [Ap 1,17]. [fol. 37r^oa]

Superius meminit conuersum se non ut spetiem cerneret, sed uocem audiret, hic introinspecta omni uirtute deitatis, et in quodam mentis excessu perductus, cęcidi, inquit ³⁹¹, ad pedes Eius, quasi mortuus. Fragilitatis suae et humilitatis et subiectionis pauore perterritus corruit. Non in aliqua declinans parte, sed ipsi se Domino humiliter fideliterque committens. Iohannes qui ista uidit, totius Aecclesię figuram portauit, et non solum Iohannes, sed et prophete et apostoli et omnes sancti, qui Eccclesia ³⁹² nuncupantur, tamquam mortui humiliantur, ante dominum nostrum Ihesum Christum. Duobus modis cadere dicitur, in faciem et retro. Omnis ³⁹³ enim qui Deum uidet, in faciem cadit, et ubi cadit ³⁹⁴, uidet. Qui enim retro cadit ³⁹⁵, procul dubio, ubi cadit ³⁹⁴, non uidet. Iohannes qui Aecclesię figuram portat, in faciem dicitur cęcidisse. Et de Antichristo qui malorum omnium membra portat, dictum est ut cadat ascensor eius retro. Iacob ergo patriarcha, cum benediceret filios suos, ait : Dan, iudicabit populum suum, sicut alia ³⁹⁶ tribus. Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro. ³⁹⁷ Dicunt Antichristum, per haec uerba Iacob qui per Spiritum futura preuidebat, de tribu Dan esse futurum. Alii de Iuda, a quo traditus est Christus, hęc scriptura pronuntiat ³⁹⁸. Et equitem atque equum, Dominum cum carne suscepta designare uolunt. Retrorsum autem cadere

387. u corr. en o par surcharge.

388. Un second i a été gratté.

389. eius écrit d'une autre main et d'une encre plus claire a remplacé un mot plus long qui n'apparaît pas dans Sanders.

390. flammis corr. en flammam.

391. inquit corr. en inquit.

392. m final gratté.

393. i suscrit.

394. cadat corr. en cadit.

395. cadet corr. en cadit.

396. alia corr. en alia.

397. En marge, dans un cadre, on lit d'une encre plus pâle : De tribu Dan nascetur antichristus.

398. n gratté avant le t.

dicunt³⁹⁹ ut in terra reuertatur, unde sumptus est. Et quia die tertia resurrexit, ideo per Daudid [fol. 37r° b] ait. Non derelinques animam meam in inferno. Haec quidam ita exponunt. Alii uero hanc prophetiam ad Antichristum transferunt, et de tribu Dan uenire Antichristum ferunt. Pro eo quod in hoc loco Dan, coluber⁴⁰⁰ et⁴⁰¹ cerastes asseritur⁴⁰² et mordens. Unde et non sine causa, dum Israheliticus populus terras in castrorum partitione susciperet, primus Dan ab aquilone castrametatus est. Reuera illum significans qui in corde suo dixerat : sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, similis ero altissimo. Quando ergo corda doctorum prauorum tenet, in⁴⁰³ monte testamenti diabolus presidet. Cui etiam in lateribus aquilonis sedet, quia mentes hominum frigidas possidet. Qui non solum coluber, sed etiam cerastes uocatur. Ceraste enim grece cornua dicuntur. Serpensque⁴⁰⁴ hic cornutus⁴⁰⁵ esse peribetur, per quem⁴⁰⁶ digne aduentus Antichristi asseritur. Quia contra uitam fidelium, cum morsu pestifere praedicationis armabitur etiam cornibus potestatis. Quis autem nescit semitam angustiorem esse quam uiam ? Fit ergo coluber in uia, quia in praesentis uitae latitudinem eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur. Sed in uia mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui⁴⁰⁷ ueneno⁴⁰⁸ consumit. Fit iterum cerastes in semita⁴⁰⁹ quia quos fideles seruos Dei in arta et angusta repperit uia, et si⁴¹⁰ in⁴¹¹ preceptis celestibus anelantes, et angusta itinera gradientes conspicit, non solum nequi-[fol. 37v° a]-tia callide persuasionis impellit, sed etiam terrore potestatis premit. Et in persecutione⁴¹², tristitiam exhibet⁴¹³. Post haec beneficio⁴¹⁴ simulate dulcedinis, exercet cornua potestatis. Quo in loco equus hunc mundum significat, qui per elationem suam incursum⁴¹⁵ labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi adprehendere conatur. Cerastes iste equi ungulas mordere peribetur. Ungulas⁴¹⁶ quippe equi mordere est, extrema saeculi feriendo contingere, ut cadat ascensor eius retro. Ascensor equi est quisquis extollitur in dignitatibus mundi, qui retro cadere dicitur et non in fatiem sicut Moyses, Daniel, Paulus et iste Iohannes de quo dicimus, cecidisse memorantur. In facie enim cadere est in hac uita unumquemque suas culpas agnoscere easque penitendo deflere.

399. dicunt *ajouté en interligne.*

400. et *gratté avant* coluber.

401. et *ajouté en interligne.*

402. ad *initial corr. en as.*

403. in *ajouté en marge.*

404. que *corr. en qui par surcharge.*

405. cornutus *corr. en cornutus pas grattage du n.*

406. quam *corr. en quem.*

407. suis *corr. par grattage.*

408. u *corr. en o par surcharge.*

409. m *final gratté.*

410. se *corr. en si par surcharge.*

411. in *ajouté en interligne.*

412. m *final gratté.*

413. exhibet *ajouté en interligne.*

414. a *final corr. en o.*

415. incursum *corr. en incursum par grattage.*

416. s *ajouté dans la marge d'une autre main.*

Retro uero quod non uidetur cadere est, ex hac uita repente absque pēnitentia per subitanam mortem decidere, et ad quae⁴¹⁷ supplicia uel pēnas⁴¹⁸ ducatur, ignorare. Et quia Iudēi erroris sui laqueis capti, pro Christo antichristum expectant, bene Iacob eodem loco repente in electorum uoce conuersus est, dicens: Salutare tuum expectabo, Domine. Id est, non sicut infideles Antichristum, sed eum qui in redemptione nostra uenturus est, uerum credo fideliter Christum.

Vnde ergo perfecti uiri, magna se discretionis subtilitate conspiciunt, ne ad deteriora umquam uel in cogita-[fol. 37v° b]-tione cadant⁴¹⁹. Quantum cotidie proficiunt, incessanter pensant. Inde ergo Iohannes qui Aecclesiam p̄figurauit, humiliter Domino se committens: Unde et Dominus deuotione piissima miseratur. **Posuit, ait, dexteram manum suam super me dicens: noli timere** [Ap 1,17]. Qualis autem consolatio uideri potest ei qui uelut mortuus iacet, si audierit noli timere? Hoc nulli alii dicere potest, nisi qui semetipsum cotidie in pēnitentiam mactat, et Domini uestigia sequendo, crucem dominicam portat. Hic et fidem remunerat et fidelem. Non incredulitatem sed admiratione perterritum corroborat. Timere ergo prohibens quem ita dilexerat ut ad contemplationem uirtutis ipsius uerteret⁴²⁰, et in cultum⁴²¹ fidei suę et ut⁴²² ad amorem Christi conuerteret, consolatur humilem et dicit: **Ego sum primus, et ego nouissimus et uiuus, et fui mortuus et ecce sum uiuens, in saecula saeculorum** [Ap 1,17-18]. Si caritatis meae igniculum percepisti, caritas numquam cadit. Expulso nunc timore, consurge, quam admiratus recognosce. Primus ego sum scilicet ante omne initium, ante omnem creaturam. Priusquam terra fieret, ego sum, ipse principium. Et nouissimus, id est⁴²³ in me finis omnium constat, quia⁴²⁴ per me uniuersa in fine reparanda sunt. *Et uiuus, et fui mortuus, et ecce sum uiuens* [Ap 1,18], id est absque defectione perdurans, qui mortem pro uestra salute suscepi, *et ecce sum uiuens in saecula saeculorum* [Ap 1,18]. Et ecce nunc [fol. 38r° a] sum in diuina aeternitate persistens. **Et habeo clauis mortis, et inferni** [Ap 1,18]. Id est, habes in me clauis mortis, qui es uelut mortuus, quia una clauis est uite ac mortis. Et quos male uiuendo deponit ad inferos, bene uiuendo per pēnitentiam releuat ad cęlos. Et qui noli timere dicit, utique uite et mortis potestatem habet. Pro mortuo enim, id est pro peccato, babtizatur Eccclesia, per lauacrum et pēnitentiam, ut Apostolus ait: Quid fatient qui pro mortuis babtizantur et cum⁴²⁵ Christo consurrexerunt⁴²⁶? et iterum. Si consurrexistis cum Christo, que sursum sunt quecite. Istis ergo qui cum Christo per pēnitentiam resurgunt, dedit clauis regni caelorum, sicut ipse ait: Quorum dimiseritis peccata, dimittentur eis, et quorum retinueritis retenta erunt; hec est clauis inferorum; quoniam qui habet potestatem, dimissis peccatis, reuocando ab inferis, ad regna

417. qua corr. en quae.

418. s ajout  d'une autre main.

419. cadunt corr. en cadant.

420. uerteretur corr. en uerteret par grattage.

421. s gratt  entre in et cultum.

422. et ut ajout  en interligne

423. id est ajout  en d but de ligne d'une autre main.

424. i suscrit.

425. cum ajout  en interligne.

426. consurrexerint corr. en consurrexerunt par u en interligne.

celorum imponit quos reduxerit. Et ad inferos deponit, quos retinendo peccata de celo deiecerit. Et ita fit ut una atque eadem sit clavis uitę ac mortis. Et qui *ecce sum uiuens* dixit ait : *Abeo clauis mortis et inferni* [Ap 1,18], ut concludam quando uoluerim, et cum uoluerim rursus aperiam. Et que morte conclusa sunt, in apertam lucem, conuersa ⁴²⁷ resurrectione perducam. De quibus clauibus ⁴²⁸ ? Isayas ⁴²⁹ propheta nos docet dicens : Dabo clauis domus [fol. 38r^o b] Dauid super humeros eius et aperiet et non erit qui claudat, et claudet et non erit qui aperiat. Clauis ⁴³⁰ enim et ipse Dominus Ihesus Christus est, qui et uitę ianuam patefecit, et mortis disruptit ingressum. **Scribe ergo que uidisti et que sunt et que oportet fieri post haec** [Ap 1,19]. Ecce manifestauit non se tantum loqui de presentibus, sed et de presentibus commemorare. Et futuros eum monet appetere, et in fine temporum nascituros pariter appellare ; deinde, etiam uisionem quam demonstrat edisserit. **Sacramentum septem stellarum quod uidisti in dextera mea, et septem candelabra aurea** [Ap 1,20]. Septem stelle, septem angeli sunt, septem aeclesiarum, et candelabra septem, septem Aecclesię sunt ; heę fuit ⁴³² que paulo superius nominauimus. Stellas in dextera Dei sitas, animas esse sanctorum, uel omnem congregationem ipsorum pariterque ⁴³³ beatorum, qui fuerunt, et qui futuri sunt, usque ad consumptionem mundi. Similiter etiam septem candelabra, unam et ueram Eecclesiam in ebdomada mundi istius constitutam, quam ⁴³⁴ diximus Trinitatis fide roboratam, et celestis misterii sacramento firmatam. De angelis ⁴³⁵ uero questio uertitur, si plene non disseatur. Stellas dixit angelos esse Eecclesiarum et candelabra Aecclesias. Quod ⁴³⁶ etiam ecclesiasticis uiris bene notum est, quia non septem, sed una Aecclesia septiformis est, [fol. 38v^o a] id est perfecta sicut scriptum est. Vna est columba mea, una est perfecta mea. Quod si una est, angeli quoque non erunt septem. Quod si septem sunt, ista ⁴³⁷ sola quam spetialiter nominauit angelos habet. Ceterę uero Aecclesię non habent ⁴³⁸, querendum preterea est quid ⁴³⁹ sibi uelint isti angeli, quod uniuscuiusque ⁴⁴⁰ nostrum angelus habet ⁴⁴¹ officium deputatum. Vt in Euangelio, ueritas protestatur. Angeli eorum, semper uident faciem Patris mei, qui in celis est. Si ab omni incursu protegendis seruandisque nobis, isti angeli distributi adiunctique sunt, cur apostolum Petrum proprius angelus eruere non potuit, sed alter ad liberandum eum missus est ? Dicit enim : In ueritate scio, quia misit Dominus angelum suum, et eripuit me de manu

427. m final gratté.

428. quas clauis corr. en quibus clauibus à l'encre noire.

429. Esayas corr. en Isayas.

430. Clauis corr. en Clauis par surcharge.

431. quas corr. en quod.

432. fuit écrit d'une autre main remplace un autre mot gratté que Sanders ne permet pas d'identifier.

433. que ajouté en interligne.

434. quem corr. en quam par surcharge à l'encre noire.

435. angelos corr. en angelis.

436. Que corr. en Quod par surcharge.

437. iste corr. en ista.

438. er gratté entre hab et ent.

439. quod corr. en quid par surcharge.

440. unusquisque corr. en uniuscuiusque.

441. n gratté entre e et t.

Herodis. Et non solum missus est angelus, sed et reuersus ⁴⁴², sicut scriptum est. Vtrique processerunt unum uicum, et continuo ⁴⁴³ discessit ab eo angelus. Sed dicit aliquis : Angelus uniuscuiusque qui deputatus est mittitur ad liberandum. Dicat ergo : Et quid ⁴⁴⁴ si omnes apostoli essent in carcere, duodecim angeli solummodo ⁴⁴⁵ mitterentur, nec alius alienum, nisi ⁴⁴⁶ proprius liberaret ? Minus enim ualet unus angelus Domini Assiriorum castra percutere et liberare uniuersam Iherusalem ? Aut Iob angelo sancto et non ipsi diabolo commendatus est, ne aliquid amplius quam iussum erat pateretur ? Si autem non protegendis liberandisque nobis, sed forte [fol. 38v° b] docendi nos ⁴⁴⁷ aut instruendi dati sunt, quid Spiritus Sanctus missus est ⁴⁴⁸, de quo dicit Dominus, cum uenerit Ipse, uos docebit ? Quid etiam hic dicemus ? Minimos Dominus laudauit angelos minimorum. Id est minores homines, minores angelos habent, an quomodo ? cuius merito dixit uidere angelos Deum ? proprio hac ⁴⁴⁹ hominum, quibus ⁴⁵⁰ custodes dari ⁴⁵¹ dicuntur. Si enim merito suo uident angeli Deum, non est, quod hoc in laude minimorum Dominus protulerit. Si numero, et ⁴⁵² merito ⁴⁵³ angeli nostri uident Deum, ergo antequam hominibus iungerentur ⁴⁵⁴, non uidebant ? Hec merita meruerunt ⁴⁵⁵ hominum tales angelos accipere qui semper Deum uidissent et uiderunt. Taceo quod impares merito sunt iusti. Potest nunc ⁴⁵⁶ quidem sine contradicentis periculo dici, quod angelum unusquisque pro modo suę fidei ac deuotionis acceperit. Et quanto quis magnus fuerit, tanto angelum ⁴⁵⁷ uidendo Deum digniorem et ampliorem habebit. Quanto uero minor ⁴⁵⁸ qui fuerit in deuotione, tanto minorem angelum secundum suę deuotionis meritum ⁴⁵⁹ promeretur. Quid faciunt si creuerit sanctitas, aut fidei detrimentum que ⁴⁶⁰ iustorum munera ⁴⁶¹, ipsi permanent ? Hec ⁴⁶² secundum fidem hominum incrementa, detrimentaque mutantur. Si enim angeli ⁴⁶³ mutantur, homo ad ⁴⁶⁴ tricesimo ut ad centesimum fructum crescendo, in sanctitate conscendens, angelum suum aut secum ducit, aut profectus, in primo gradu relinquit ⁴⁶⁵.

442. reuertit *corr.* en reuersus.

443. continuo *ajouté en interligne.*

444. quia *corr.* en quid.

445. solummodo *ajouté en interligne.*

446. sed *corr.* en nisi.

447. nos *ajouté en interligne.*

448. missus est *ajouté en interligne.*

449. Deux lettres grattées après le h, a écrit d'une autre main et lié par un trait au c.

450. qui *corr.* en quibus par ajout de bus en interligne.

451. dati *corr.* dari.

452. et *ajouté dans la marge de la même main.*

453. Deux ou trois lettres grattées après merito.

454. n écrit en interligne.

455. ru *ajouté en interligne.*

456. c final *ajouté en interligne de la même main.*

457. angelo *corr.* en angelum par lettre suscite et tilde.

458. minus *corr.* en minor.

459. merito *corr.* en meritum par lettre suscite et tilde.

460. qui *corr.* en que.

461. après munera deux lettres grattées.

462. Deux lettres grattées après le h et e *ajouté sur la ligne.*

463. non gratté après angeli.

464. d *ajouté en interligne d'une autre main.*

465. n *ajouté en interligne.*

Quod si hæc puerilia et uulgalia fuit [fol. 39r° a] dicere, nec in diuinis scripturis fieri, aut a nobis sentiri licitum est; querendum nobis est quo laudis genere minimos extulit, dicens: Videte ne contempnatis unum de pusillis istis, quia angeli eorum semper uident fatiem patris mei, qui in cælis est.

Potuit enim sublimius minora laudare, sicut alio loco, laudauit, dicens: Quamdiu fecistis uni ex minimis istis fratribus meis, michi fecistis. Non enim melius aut sublimius, aut maioris laudis est hominem⁴⁶⁶ habere angelum custodem qui semper Deum uideat, quam Christum fratrem, quem semper secum habet custodem, etiam et coheredem, cum et fratrem eum Christus habere, non est dedignatus. Isto modo, habet unusquisque angelum. Numquid homo⁴⁶⁷ aut⁴⁶⁸ uocem angeli sui, aut angelus hominis sui cui delegatus est habet uocem, ut audita Petri uoce diceretur, non est Petrus, sed angelus eius est? Non potest fieri, ut talis suspicio in nos credatur esse, sed quod michi uidetur, angelus hominis est⁴⁶⁹ anima eius, id est homo interior, qui semper Deum puro corde contempletur per fidem; sicut Dominus dicit: Non me uidebitis, donec dicatis: benedictus qui uenit in nomine Domini. Id est donec credatis et crucem meam leuetis, non me uidebitis⁴⁷⁰ et me sequamini. Et⁴⁷¹ ad Filippum ait: Qui me uidet, uidet et Patrem. Cum ergo dicit angelum hominis, ipsum hominem significat; si Ecclesias et angelos earum esse intellegas. Non solum est misterii, sed et consuetudinis, unam rem diuidere in multas causas. Vt dicimus homines Ecclesie, cum ipsi homines sint Aecclesia. Ipsi [fol. 39r° b] sunt angeli; ipsi sunt stellæ; ipsi sunt candelabra aurea; hoc totum una⁴⁷² est Ecclesia. Sed propter sacramentum⁴⁷³ misteriorum diuiduntur per singula. Hinc Dominus ait: Tristis est anima mea usque ad mortem. Ergo alter uidetur qui dicit, et altera anima de qua dicitur, cum ipsa anima dicat: tristis est anima mea, et non dicat tristis sum. Si ergo consuetudo est dicendi, ut ita unionem partiatur⁴⁷⁴, multo magis misteria⁴⁷⁵ sacramenti et obscurandæ rei⁴⁷⁶ gratiam⁴⁷⁷, ut quod dicit per misterium, id est occultum, allegorice⁴⁷⁸ hoc intelligas⁴⁷⁹. Allegoria est, significatio⁴⁸⁰ cuiusque rei, ut aliut sonet in uerbis, aliut intelligas⁴⁷⁹ in misteriis, id est in secretis et spiritualibus.⁴⁸¹ Sicut per Isayam⁴⁸² dicitur: Ecce fatio noua, et nunc orientur⁴⁸³, utique cognoscetis ea. Ponam in deserto⁴⁸⁴ uiam, et in inuio flumina, glorificabunt me bestie agri, dracones et strutiones,

466. m final ajouté d'une autre main.

467. homo ajouté en interligne d'une encre plus pâle.

468. et corr. en aut par surcharge et lettre suscrite.

469. est ajouté en interligne de la même main

470. non me uidebitis en interligne de la même main.

471. et ajouté dans la marge.

472. unum corr. en una.

473. o final corr. en um.

474. a ajouté en interligne.

475. um final corr. en a.

476. Une lettre grattée entre le e et le i.

477. m final gratté, car le scribe avait déjà mis un tilde sur le a.

478. c ajouté en interligne de la même main.

479. intellegas corr. en intelligas par surcharge.

480. significantia corr. en significacio.

481. Dans la marge, inscrit dans un carré: Adaure est Allegoria est cuiusque rei significatio.

482. Esayam corr. en Isayam.

483. n ajouté en interligne.

sirene et filię passerum.⁴⁸⁵ Quia dedi in deserto aquas, et flumina in inuio, ut darem potum populo meo, electo meo. Quid est enim desertum⁴⁸⁶ ubi Dominus uiam facit, aut quid locus aridus ubi flumina facere promiserat, nisi gentes in quibus per Christum uia uite patefacta est et indeficiens aqua salutis effluxit? Quę sunt aetiam bestiae quę benedicunt⁴⁸⁷ et glorificant Deum? Quę sunt syrene et filię passerum? quod genus electorum putandum, nisi unum atque id quod⁴⁸⁸ supra nominauimus, quidem⁴⁸⁹ Christum sequitur per rectam fidem et opera iusticie.

Vt sicut hoc per misterium tractas, et unum [fol. 39v° a] esse intelligis, sic angelum et Ecclesiam unum esse credas, sicut corpus et animam unum hominem dicis. Quod apud Grecos, in hoc nulla questio uidetur esse. Apud nos enim dubium est utrum Genitiuus, sit angelus Ecclesię, an datiuus. Apud illos enim manifestum est, quoniam non angelo huius Aecclesię dixit, sed angelo huic Ecclesię. Vt non tam angelum et Aecclesiam uideretur dixisse, quam qui sit angelus exponere uoluisset, dicens: TŌ ANGELO TE EN Epheso Ecclesiae GRAPOS⁴⁹⁰, quod est latine, angelo⁴⁹¹, Ecclesiae⁴⁹² Ephesi scribe [Ap 2,1]. Quod apud nos quoque in plurali⁴⁹³ numero potest decerni. Ut puta, angelis Aecclesiis quę sunt in Asiis, scribe. Sic etiam in psalmo dicit pro uno pluraliter: In sole posuit tabernaculum, id est in eis⁴⁹⁴. Quid sit in sole, exposuit dicens: In eis, cum sol, et⁴⁹⁵ tabernaculum unum sit. Nam et illud facit nobis questionem, quod in initio⁴⁹⁶ libri non septem angelis, sed septem Ecclesiis dixerit. Sic enim dicit: Iohannes, septem Aecclesiis quę sunt in Asia [Ap 1,4]. Et Dominus dixit ei. Scribe in libro quę uidisti, et mitte septem Aecclesiis [Ap 1,11]. Postea tamen angelis iubet scribi, ut ostenderet unum esse angelos et Ecclesiam. Angelus enim grece latine⁴⁹⁷ nuntius dicitur. Ecclesia conuocatio, propter quod omnes ad se uocet ad penitentiam. Denique angelos iubet agere penitentiam⁴⁹⁸? Non, sed Ecclesias. Ista autem septem candelabra, unum candelabrum est septiforme; hec enim Dominus in Euangelio ait: [fol. 39v° b] Nonne accendunt lucernam et ponunt eam sub modio? sed super candelabrum, ut luceat hominibus, qui in domo sunt. In modio, lucra temporalia sunt; In lucerna autem, lux praedicationis accipitur. Candelabrum uero, homines nuncupauit. Lucernam ergo sub modio ponere est, propter temporale lucrum, gratiam praedicationis abscondere. Quod nemo utique seruorum Dei facit, quia, ut diximus, candelabrum quislibet homo est. Cui lucerna superponitur, dum eidem cura praedicationis antefertur. Hec est proprie angelus, et candelabra, id est

484. et gratté devant uiam.

485. En marge, inscrit dans un cadre: Syrene id est Lunie.

486. o corr. en um par surcharge.

487. benedicent corr. en benedicunt.

488. idem quem corr. en id, quod.

489. qui corr. en quidem.

490. N gratté après GRAPOS.

491. Id est gratté en début de ligne après angelo.

492. que est gratté entre ecclesiae et Ephesi.

493. um final gratté.

494. id est in eis écrit dans la marge de droite.

495. sole corr. en sol et par point entre l et e et ajout de t en interligne d'une encre plus claire.

496. Un autre ni ajouté en interligne.

497. latine ajouté dans la marge.

498. Sic. Lire penitentiam.

annuntiatio praedicationis, et homo cui adnuntiatur. Alio enim loco legimus unum esse robur, quod ⁴⁹⁹ de septem exierat ⁵⁰⁰. Sicut Dominus Moysi facere praecepit et ponere in tabernaculo, ut semper arderet. Candelabrum autem illud septem ramorum erat, Spiritus Sancti gerebat imaginem ⁵⁰¹, qui septiformis gratia illustrat Aecclesiam omnem in unitate fidei consistentem. Siue hoc ⁵⁰² candelabrum Christum intelligimus portantem septem Aecclesias, in quibus septiformis Spiritus Sancti splendore fulget. Huic candelabro fiunt emunctoria, quę in Isaya ⁵⁰³ forcipes nuncupantur. Haec sunt duo testamenta, quibus peccata purgantur. Candelabrum autem extra uelum testimonii, quod oppansum est ardere præcipitur, quia sine ullo Ueteris Testamenti uelamine, Spiritus Sancti [fol. 40r° a] iam ueritas fulget. Oleum uero quod de arbore oliuarum sumendum præcepit Dominus, eandem ⁵⁰⁴ gratiam Spiritus Sancti ostendit ; habet ⁵⁰⁵ enim in se pacem, et misericordiam per Saluatoris aduentum, unde in cordibus nostris accenditur. Denique in singulis omnibus ⁵⁰⁶ esse ⁵⁰⁷ conuenit, quia non dicit, quid Spiritus dicat Eccclesię sed Aecclesiis.

II Non enim Ephesiorum Eccclesia sola erat, ut si ea ⁵⁰⁸ non peniteret *de loco suo* moueret *candelabrum* [Ap 2,5].

III Aut Zmirne soli permittit, *nihil timeas ex eis quę passurus es* [Ap 2,10].

III Aut Pergamum *thronus es Satane* [Ap 2,13], sed tantum cum illuc et non ubique thronus est Sathane ⁵⁰⁹, ut si Pergamum non penituisset, *oris gladio* [Ap 2,16] esse pugnandum.

III Aut Tiathire adulteris comminatur, et solum ortatur *tenere quod habet, donec ueniat* [Ap 2,25].

IV Aut Sardis tantum dicit, *si non uigilaueris ueniam ad te sicut fur, et nescis qua hora ueniam* [Ap 3,3].

VI Aut soli Filadelfię *dedit ostium apertum* [Ap 3,8], et soli promittit tutelam ad *temptationem quę uentura est, temptare totum orbem terrarum* [Ap 3,10].

VII **Vt** ex ore suo, solos ⁵¹⁰ Laudocie *tepidos*⁵¹⁰ *euomere* [Ap 3,16] comminetur ⁵¹¹. Non utique in his tantum locis fuit tunc Christi Eccclesia, sed in septenario numero omnis plenitudo consistit. ⁵¹² Et diuini misterii consuetudo est, ut ⁵¹³ in specie genus conueniat. Id est, per similitudinem omnem causam comprehendat ⁵¹⁴. Nam et apostolus Paulus septem Aecclesiis scribit ⁵¹⁵, non

499. quod ajouté en interligne.

500. exierunt corr. en exierat.

501. immaginem corr. en imaginem par grattage du i et du début du premier m.

502. hunc corr. en hoc par grattage et surcharge.

503. Esaya corr. en Isaya.

504. n ajouté en interligne.

505. n gratté entre e et t.

506. omnes corr. en omnibus.

507. esse en interligne.

508. eam corr. en ea.

509. h ajouté en interligne d'une autre main et d'une encre plus claire..

510. us final corr. en os.

511. itur corr. en etur.

512. S en interligne au-dessus du signe de ponctuation.

513. ut ajouté en interligne.

514. comprehendit corr. en comprehendat.

515. scribet corr. en scribit par surcharge.

hisdem [fol. 40r° b] quibus Iohannes. Angelum ergo Eꝑcclesiam dicit, in qua⁵¹⁶ duas partes ostendit, dum unam laudat, alteram increpat. In sequentibus enim manifestatur per easdem Aecclesias, non eundem increpare quem laudat. Sicut Dominus in Euangelio, omne prepositorum corpus, unum corpus dixit. Prepositi uero Latine speculatores dicuntur. Nam grece eꝑiscopi nominantur. Eꝑiscopi autem uocabulum inde dictum, quod ille qui super efficitur, semper⁵¹⁷ intendat curam scilicet subditorum gerens. Scopin enim grece, latine intendere dicitur, id est speculari⁵¹⁸, uidere, intelligere, quid fuit de preteritis, quid erit de futuris, quid debeat ordinare de praesentibus. Nam iste speculator prepositus est in Eꝑcclesia dictus, eo quod discernat atque prospiciat singulorum populorum infra se positorum mores et uitas. Hunc seruum Dominus in euangelio redarguit, cum dicit: Si dixerit malus ille seruus in corde suo, moram facit Dominus meus uenire, et subito uenit Dominus hora qua ignorat, tunc diuidet eum, et partem eius ponet cum ypocritis. Non quod per partes eum dissecet, sed diuidere dicit⁵¹⁹, id est a sanctis segregare. Proinde ergo omnis Aecclesia⁵²⁰ unum corpus, et Eꝑcclesiae caput Christus est, et membra eius⁵²¹ omnis omnino populus. Et oculus Eꝑcclesiae eꝑiscopus⁵²² est, proinde speculator dicitur. Et manus Aecclesiae presbiter est, id est [fol. 40v° a] senior, qui aetiam cum eꝑiscopo in honore pene coniunctus, consors mysteriorum corporis Christi et sanguinis est. Manus dicitur, quia per ipsos eꝑiscopi per omnes Ecclesias, quod est omnis populus, operam sanctitatis exercent. Pes Aecclesiae diaconus est. Pes dictus est, quia utrique⁵²³ sacerdotes per ipsos ministerium sanctitatis discurrunt. Quos abscidere preceptum est, si scandalum Aecclesiae operantur. Sicut ueritas in Euangelio protestatur: Si oculus, manus, pes scandalizat te, euelle, abscede, et proice abs te. Quem ueniens Dominus ipse diuidet, et non totum seruum sed partem eius cum ypocritis ponet. Partem dixit, qui per ipsos baptizati fiunt, etiam intra Aecclesiam recta operari⁵²⁴ uidentur. Incipiens ergo a principio libri usque in finem, bella intestina. Id est pugnas intra Aecclesiam, et septiformis Eꝑcclesiae membra, in presentibus diuersa opera, et que oportet fieri, post haec, demonstrare futura. Non dixit scribere quae sunt aut quae⁵²⁵ fuerunt, sed quae oportet post haec fieri. Ostendit usque in messis maturitatem zizania crescere, et laboratoribus precepit bestias et aues abigere. In his ergo septem Aecclesiis quod est una Eꝑcclesia, haec quae diximus potest fieri. Sed et pro qualitate fidei et electionis, has⁵²⁶ septem scribit.

I **Aud**⁵²⁷ ad eos scribit⁵²⁸, qui et laborant in saeculo et operantur de frugalitate laborum suorum et patientes sunt, [fol. 40v° b] et cum uident⁵²⁹ homines isti

516. quo corr. en qua.

517. super corr. semper.

518. e corr. en i par surcharge.

519. dicitur corr. en dicit par grattage.

520. aecclesiae corr. en aecclesia par surcharge.

521. eius ajout  en interligne d'une encre plus claire.

522. a gratt  avant le e de eꝑiscopus.

523. utrisque corr. en utrique.

524. operare corr. en operari par surcharge.

525. atque corr. en aut quae par ajout du u en interligne et corr. de e en e.

526. h ajout  en marge d'une encre plus claire.

527. Initiale orn e rentrante sur deux lignes. Aut corr. en Aud par surcharge, au d but de tous les num ros.

quos diximus aliquos in Aecclesiam largos⁵³⁰ dispensatores, sed tamen pestiferos, ne dispensatio fiat, portant eos in quantum ualent. Admonet⁵³¹ tamen eos in Efesi prima Eecclesia de caritate et amore, ut illi qui plus patientes sunt, eos in quibus fides deest, amando et castigando, corripiant, ut agant penitentiam.

II Aud⁵²⁷ ad eos, qui locis crudelibus inhabitant inter persecutores et malos per Zmirnam Aecclesiam admonet: Siquidem⁵³² ut supportent, et perseuerent esse⁵³³ fideles. Ipsi dicit: *nichil timeas ex eis, quę passurus es* [Ap 2,10].

III Aud⁵²⁷ ad eos, qui sub pretextum misericordię illicita peccata in Aecclesia fatiunt et alios facienda ostendunt. Ipsi per Pergamum Aecclesiam dicit: *tronus es Satane* [Ap 2,12].

III Aud⁵³⁴ ad eos, qui sunt in Eecclesia leues, pro ipsis dicit per Tiathiram Aecclesiam: *habeo⁵³⁵ aduersus te multa, quia permittis mulierem Gezabel, qui seducit seruos meos, fornicari* [Ap 2,20]⁵³⁶.

IV Aud⁵²⁷ ad eos, qui neglegentes sunt in Ecclesia, et non uigilant pro salute animarum suarum, et sunt tepidi et pigri, et nomine tantum christiani sunt; pro ipsis dicit per Sardis Aecclesiam: *Si non uigilaueris, ueniam ad te sicut fur, et nescis qua hora ueniam* [Ap 3,3].

VI Aud⁵²⁷ ad eos, qui humiliter structi, id est rustici sunt, in scripturis nichil sentiunt, sed simplices sunt et fidem fortiter tenent; ipsis per Filadelfiam Aecclesiam, Dominus promittit⁵³⁷ tutelam ad⁵³⁸ temptationem, [fol. 41r° a] quę uentura est.

VII Aud⁵²⁷ ad eos, qui student in scripturis et laborant cognoscere archana id est occulta scripturarum et Dei opus facere uolunt, id est misericordiam et amorem. Omnibus his penitentiam adnuntiat. Omnibus iudicium futurum adnuntiat.

I⁵³⁹ Et in prima quidem epistula ait: *Scio laborem tuum et opera⁵⁴⁰ et pacientiam tuam* [Ap 2,2].

Id est, scio te laborare et operari. Video te patientem esse, ne putes me longe morari a te. *Et quia non potes portare malos. Et qui se dicunt apostolos esse, et inuenisti eos mendaces, et pacienciam habes propter nomen meum* [Ap 2,2]. Haec uniuersa ad laudem non dixit⁵⁴¹ mediocre. Sed tales uiros et talem classem talesque electiones hominum⁵⁴², oportet hos⁵⁴³ omnimodo admonere, ne istis sibi bonis concessis fraudentur. *Pauca dixit⁵⁴⁴ se habere aduersus illos. Et caritatem, inquit,*

528. scribet corr. en scribit par surcharge.

529. uideant corr. en uident par grattage.

530. et gratté après largos.

531. n gratté entre e et t.

532. siquidem ajouté en interligne d'une encre plus claire.

533. essent corr. en esse par grattage.

534. Initiale ornée sur une ligne. Aut corr. en Aud par surcharge, au début de tous les numéros.

535. h ajouté en interligne.

536. e final corr. en i.

537. promittit ajouté en interligne de la même main.

538. ad ajouté en interligne de la même main.

539. Dans la marge, inscrit dans un cadre: As septem que dixit recapitulando explanat primam.

540. Le m final gratté.

541. dixit ajouté en interligne de la même main.

542. homines corr. en hominum.

543. hos ajouté en interligne de la même main.

544. t ajouté en interligne d'une encre plus claire.

tuam pristinam reliquisti, memento unde excideris [Ap 2,4]. Qui cadit de alto cadit. Ideo dixit unde. Quoniam omnimodo usque ad finem amoris opera exercenda sunt, quod est principale mandatum. Denique nisi opera cum amore fiant, minatus⁵⁴⁵ est mouere candelabrum de loco suo. Id est, spargere plebem. *Sic habes et tu, tenentes doctrinam Nicolaitarum* [Ap 2,15]. Odire se autem opera Nicolaitarum dicit, quæ et ipse oderat; hoc ad laudem expectat. Nicolaitarum autem opera erant illo tempore. Nicolaitæ⁵⁴⁶ dicti⁵⁴⁷ homines ed⁵⁴⁸ pestiferi, sub nomine Nicolay ministrari⁵⁴⁹. Fecerant [fol. 41r° b] sibi heresem, ut delibatum, id est immolatum⁵⁵⁰ exciderent⁵⁵¹, et manducari possent⁵⁵². Et quicumque fornicatus esset, octaua die pacem acciperet. Ideo conlaudat illos ad quos scribit. Quibus talibus et tam magnis uiris, promisit lignum, quod est in paradiso Dei sui; haec est Ephesi Aecclesia.

II **Sequens epistula**⁵⁵³ sequentem conuersationem, alterius classis⁵⁵⁴ et consuetudinis deiecit. Denique ait: *Scio tribulationem tuam, et paupertatem, sed diues es* [Ap 2,9]. Scit enim apud se Dominus talibus diuitias⁵⁵⁵ esse reconditas⁵⁵⁶. Et detractionem de Iudæis qua⁵⁵⁷ negant esse Iudæi⁵⁵⁸, id est confessores de synagoga Satanae, quoniam cum⁵⁵⁹ antichristo colliguntur, et diaboli congregatio fiunt. Quibus ait: *Esto fidelis usque ad mortem, et qui uicerit non ledetur a morte secunda* [Ap 2,10], id est non gustabitur in inferno. Hęc est Zmirna Aecclesia⁵⁶⁰.

III **Tercia**⁵⁶¹ classis sanctorum, ostendit esse uiros qui fortes sunt in fide, et non expauescunt persecutionem. Sed quia illi sunt qui proni sunt ad inlicitas permixtiones, ait: *Pugnabo cum illis gladio oris mei* [Ap 2,16]. Nam quæ præceperit dicam, et quid feceritis inputabo. Nam *Balaam doctrina, qua*⁵⁶² *docebatur Balac mittere scandalum* [Ap 2,14] ante oculos filiorum Israël esse delibata⁵⁶³ et fornicari, olim notum est. Ille enim hoc consilium dedit regi Moabitarum, et utrique⁵⁶⁴ scandalizauerunt populum. Sic inquit uos habetis talem doctrinam, et supra textum misericordię alios uitiatis. [fol. 41v° a]

*Qui uicerit inquit, dabo illi*⁵⁶⁵ *manna absconsum, et dabo illi calculum album* [Ap 2,17]. Manna absconsum immortalitas est. Gemma alba adobtio in Filio Dei. Nouum

545. minatis corr. en minatus par grattage et u en interligne.

546. Nicolaitæ ajouté en interligne d'une encre plus claire.

547. uicti corr. en dicti.

548. et corr. en ed.

549. Un second i en interligne.

550. immolaticium corr. en immolatum.

551. excidiarentur corr. en exciderent.

552. possint corr. en possent.

553. m final gratté.

554. classes corr. en classis.

555. diuitiæ corr. en diuitias.

556. recondite corr. en reconditas par surcharge.

557. quos corr. en qua.

558. Iudæos corr. en Iudæi.

559. cum ajouté dans la marge.

560. La fin de la ligne est occupée par une ligne ondulée.

561. Initiale ornée sur une ligne.

562. qui corr. en qua par surcharge d'une encre plus claire.

563. um final corr. en a..

564. utrique écrit en interligne.

565. de gratté devant manna.

nomen in calculum scriptum christianum nomen⁵⁶⁶ est. Hęc est Pergami Aecclesia.

III. Quarta classis, nobilitatem fidelium operantium cotidie, et maiora facientium opera significat. Sed et ibi esse quoque faciles homines ad inlicitas paces dandas, et nouas prophetias adtendendas. Ostendit et arguit ; et pie monet cęteros quibus non placet hoc qui cognoscunt nequitiam aduersam, quibus malos dolores⁵⁶⁷ inducere querit. In capite fidei demonstrat⁵⁶⁸ pericula. Et ad eos ait : *Non mitto super uos aliud pondus* [Ap 2,25], id est non dedi obseruationes et honera et nouas prophetias et inlicitas paces⁵⁶⁹, quas non conuenit Eccclesie ; quod est aliud pondus. Vt, *quod habetis teneatis* [Ap 2,25], id est, quod scriptum et rectum est opere perficiatis, donec uenio, dixit : *Et qui uicerit, dabo illi potestatem super gentes* [Ap 2,26], id est, iudicem illum constituam inter cęteros sanctos. *Et dabo illi stellam matutinam* [Ap 2,28], id est primam resurrectionem, scilicet repromisi⁵⁷⁰, quod est praesens saeculo in penitentiam ; et⁵⁷¹ auferam ab eo noctis ignorantiam. Stella matutina, Christus est. Dabo illi, ait, stellam matutinam, que noctem fugat et lucem adnuntiat, id est, ęterni diei initium.

IV Quinta classis est collectio uel congregatio sanctorum. Declarat homines negligentes⁵⁷² et aliud⁵⁷³ [fol. 41v° b] quam oportet in saeculo agentes operationes. Nomine tantummodo christianos. et ideo ortatur illos, si quo modo reuersi a negligentia⁵⁷⁴, possint salui esse. *Esto uigilans, inquit*⁵⁷⁵, *et confirma cętera que moritura erunt*⁵⁷⁶, *non enim inuenio opera tua plena coram Deo* [Ap 3,2]. Non enim satis est arborem uiuere et fructum non habere. Sic nec satis est christianum dici et Christum confiteri, et Christum in opere non habere, id est eius opera non facere.

VI Sexta classis est conuersatio ęlectionis obtime, ut est⁵⁷⁷ consuetudo sanctorum. Declarat homines scilicet qui humiles in saeculo et rusticani in scripturis, et fidem immobiliter tenent, nec omnino ullo casu uel periculo timefacti, retrahuntur a fide. Et ideo ait ad illos : *Ecce dedi in te ostium apertum*. Et ait : *Quoniam seruasti uerbum patientię meę in tam paruis uiribus. Et ego te seruabo ad horam temptationis* [Ap 3,10]. Ut sciant huius modi gloriam suam, ne quidem in temptationem eos Dominus tradi permittit. *Qui uicerit, inquit, fatiam illum columnam in templo Dei mei* [Ap 3,12]. Columna decor est ędificiı, id est qui perseuerauerit, tantam nobilitatem in Aecclesia consequitur.

VII Haec quoque collectio septima Eccclesiis. Declarat homines locupletes credentes, in dignitatibus conlocatos. Sed credentes ut locupletes apud quos in cubiculo de scripturis quidem tractatur⁵⁷⁸. Foris autem an sint de Eccclesia, tamen fideles

566. nomen ęcrit en interligne.

567. is final corr. en es.

568. demonstrat ęcrit en interligne.

569. paces ęcrit en interligne.

570. repromissi corr. en repromisi par grattage.

571. et ajoutę en interligne.

572. negligentes corr. en negligentes par surcharge.

573. aliud corr. en aliud.

574. negligentia corr. en negligentia par surcharge.

575. inquit corr. en inquit.

576. erant corr. en erunt par exponctuation et u suscrit.

577. ut est ajoutę en interligne d'une encre plus claire.

578. n grattę entre tracta et tur.

anime intelleguntur. Scilicet iactantes [fol. 42r^o a] et dicentes se omnia scripturarum secreta agnoscere et credere, praedicta ⁵⁷⁹ fidutialiter facere. Opere autem uacantes, hec ⁵⁸⁰ ait ad illos : *Neque frigidus, neque feruentes esse* [Ap 3,15], id est ⁵⁸¹ neque incredulos neque fideles, quia cum fidelibus et cum infidelibus, ad omnes enim omnia sunt. Et quoniam quia nec frigidus nec calidus ⁵⁸², sed tepidus est, nausiam facit. Ait ad illos : *Vomam te de ore meo* [Ap 3,16]. Nausia, quantum odibilis sit, neminem latet. Sic et huius modi homines, cum a sanctis in diem iudicii fuerint proiecti, uomit ⁵⁸³. Sed quia in hoc mundo tempus est penitentiae, ait : *Consilium do tibi ut emas a me aurum igne probatum* [Ap 3,18], id est si quomodo poteris pro nomine ⁵⁸⁴ Domini pati tribulationes et passiones. *Et collirio*, inquit, *inunge oculos tuos* [Ap 3,18], id est quod libenter agnoscis per scripturam. O diues sancti ⁵⁸⁵ huius ut intellige ⁵⁸⁶ opus facere coneris. Et si qui huiusmodi homines de magno peccato ad magnam ⁵⁸⁷ redeunt penitentiam, non sibi solum utiles, sed multis prodesse possunt. Non mediocrem mercedem eis promisit, id est sedere in solio iudicii sui.

EXPLICIT DE FILIO HOMINIS ET ECCLESIAS LIBER PRIMUS
IN EXPLANATIONE APOCALIPSIN IOANNIS APOSTOLI.

579. i final corr. en a.

580. hic corr. en hec.

581. est écrit en interligne.

582. Un second l gratté.

583. uomit ajouté en interligne d'une encre plus claire.

584. nomen corr. en nomine par surcharge et e suscrit.

585. sancti ajouté en interligne d'une encre plus claire.

586. intellige ajouté en interligne d'une encre plus claire.

587. magnum corr. en magnam.